DE JURE
RAVENNATIUM
ARCHIEPISCOPORUM

Deputandi Notarios, Officiales, aliosque Ministros in alienis Civitatibus & Diœcesibus, necnon jusdicendi in controversiis quibuscumque eorumdem Ministrorum, & ubicumque ii degant,

ET SIGNANTER

IN CIVITATE, AC DIOECESI FAVENTINA.

DISSERTATIO

JOSEPHI ALOYSII AMADESII

Archivo Ravennatis Ecclesiæ Præfecti.



ROMÆ MDCCLII.

Apud Hæredes Jo: Laurentii Barbiellini in Foro Pasquini.

PRÆSIDUM FACULTATE.

APPROBATIO.

HAc in Differtatione V. Cl. *Jofephi Aloyfii Amadefii*, qua jura Sanctæ Ravennatis Ecclefiæ in Diœcefi Faventina egregiè tuetur, nihil nos offendiffe teftamur, quod & Divinis Ecclefiæ Catholicæ Dogmatibus, & fanctiori morum difciplinæ adverfetur. Quapropter Reverendiffimum Patrem Auguftinum Orfium S.A.P. Magiftrum, qui judicium noftrum de eadem exquirere dignatus eft, certiorem reddimus, ipfam publica luce dignam effe. Ita Cenfemus.

F. Auguftinus Antonius Georgius Auguftinianus.

Conftantinus Ruggerius Bibliothecæ Imper. Præfect.

IMPRIMATUR.

Si videbitus Rmo Patri Sacri Palatii Apoft. Magiftro.
F. M. De Rubeis Patr. Conftantinopol. Vicefg.

IMPRIMATUR.

Fr. Jofephus Auguftinus Orfi Sac. Pal. Apoftol. Magift. Ordinis Prædicatorum.

S Y N O P S I S

Rerum, quæ in Dissertatione expendentur.

I. JUrisdictio Archiepiscoporum Ravennatens. in alienis Diœcesibus; & controversiæ a Suffraganeis commotæ. II. Judicata Romanorum Tribunalium pro ea tuenda. III. Episcopo Faventino controversiam renovanti favet S. Concilii Congregatio in primo quæstionis examine. IV. Status controversiæ.

Cap. Primum. De jure Archiepiscopor. Raven. deputandi Notarios, & Ministros, eorumq; causas definiendi per omnes Suffraganeorum Diœceses, & alibi.

§. I. De Notariorumq; aliorumq; Officialium Deputatione. V. Origo ejusmodi deputationis. VI. Diaconi Ecclesiæ Raven. primitus deputabantur in alienis Diœcesibus. VII. Tum Vicarii, Vicecomites, Notarii &c. Domus, seu Residentiæ Archiepiscop. in Civitatibus Provinciæ suæ. VIII. Notarii Appellationum.

§. II. De Judiciaria potestate in hujusmodi Ministros. IX. Illam concesserunt Archiepiscopis Raven. Pontifices Romani. X. S. Gregorius M.. XI. Explicatur Diploma S. Gregorii. XII. Paschali I. XIII. Synodus Provincialis an. 970. cum Placito Missi Otthonis I. Imperat. XIV. Privilegia Marini, Agapiti, ~~Joannis X. Leonis, &~~ Joannis XIII. leguntur in Synodo, quæ sententiam dicit pro Archiepiscopo. XV. Jurisdictio hujusmodi est privativa. Non est Baronalis. XVI. Gregorius V. eam confirmat. XVII. Gelasius, Callixtus, Innocentius, Honorius II. item Honorius III. XVIII. Tum Gregorius IX. Alexander IV. Honorius IV. Item Sixtus IV. Leo X. renovat & confirmat omnia privilegia Pontificum, & Imperatorum. XIX. Imperalia Diplomata. XX. De iisdem. XXI. Investituræ bonorum Emphyteuticorum probant usum istius jurisdictionis. XXII. Alia argumenta. XXIII. Hæc jurisdictio in usu erat an. 1503. Arimini, Pisauri, Cæsenæ, Brittinorii, Foropompilii, Forilivii, FAVENTIÆ, Bononiæ, Ferrariæ &c. XXIV. Deputationes Judicum super bonis Ecclesiæ Raven., ubicumq; essent. XXV. Ordinarii Locorum Laici, & Ecclesiastici, Rom. Tribunalia, Facta Archiepiscopor. confirmant usum ejusmodi jurisdictionis. XXVI. Rescripta Auditoræ Cameræ Apostolicæ, & Signaturis Justitiæ, & quidèm in concursu Episcopi Cæsenæ. Legatus Romandiolæ pro hac jurisdictione. Cardinalis Palutius Alterius eam propugnat. XXVII. Inhibitiones generales contra omnes Judices, etiam Ecclesiasticos pro ea tuenda. XXVIII. Breve Clemen-

tis X.

tis X. XXIX. Aliæ Inhibitiones Generales. XXX. Iterum Signatura Justitiæ pro eadem Jurisdictione. XXXI. Alia ejusdem Tribunalis decreta & Auditoris Cameræ: Tum Clementis XII. Declaratio. S. Congr. Episcopor. &c. XXXII. Epilogus actor. jurisdictionaliũ per universã Provinciam. XXXIII. Ab universali jure arguitur particulare in Diœc. Faventina.

Cap. II. De jurisdictione Ravennatium Archiepiscoporum in Civitate, ac Diœcesi Faventina. XXXIV. Comitatus Faventiæ omnis erat Ecclesiæ Raven. cum Placito, & Districtu. XXXV. Residentia Archiepisc. Raven. in Civit. Faventiæ cum Ecclesia, Hortis &c. Item cum Vicario. XXXVI. Et cum Notario, aliisque Ministris. Quot Hominum capita in illa Diœcesi. Quot ibi Ministri Ecclesiæ Ravennatis.

§. I. De Notariis, aliisque Ministris Ecclesiæ Raven. in Civitate, ac Diœcesi Faven. XXXVII. Horum Ministror. series. XXXVIII. A sæculo XIII. ineunte usque ad hæc tempora. XXXIX. scientibus Episcopis Favent.. De Notariis Appellationum, XL. Illos deputandi consuetudo immemorabilis. XLI. Objectiones Faventinor. XLII. Diluitur prima objectio. XLIII. Item altera. XLIV. Saltem quadragenaria consuetudo indubia est. XLV. Munus Notariorum Ecclesiæ Raven. in Diœcesi Faventina.

§. II. De Jurisdictione Archiepiscoporum Raven. in causis suorum Hominum & Ministror. in Faventina Diœcesi XLVI. Illa Diœcesis comprehendi debet in generalibus concessionibus Pontific. & Imperator. XLVII. Topographia Diœces. Favent. XLVIII. Eam signanter comprehendunt diplomata Pontific. IL. Imo nominant. L. Verba Imperialium: quæ probantur à Rom. Pontificibus. LI. Diluitur Interpretatio I. C. Faventini. LII. De Castris Aurioli, Torribani &c. LIII. Aliæ probationes de hac Jurisdictione. LIV. Pacta conventa Investiturarum. LV. Epilogus Actorum jurisdictionalium in Diœcesi Faven. LVI. Animadversiones in Epilogum, qui ab sæculo XIII. incohatur. LVII. Romana Tribunalia pro hac jurisdictione. LVIII. scientia, & patientia Episcoporum Favent. LIX. Defensio Epilogi. LX. Sequitur. LXI. Criminationes in Archiepiscopos Ravennates. LXII. Respondetur. LXIII. Signatura Justitiæ, ac summus Pontifex BENEDITVS XIV. pro Archiepiscopi Jurisdictione in Diœces. Faventina. LXIV. Moderatio Archiepiscopor. in usu istius Jurisdictionis. LXV. Etiam cum moderno Illmo Episcopo Faven. LXVI. Nullus Episcopor. Favent. contradixit hujusmodi Jurisdictioni: LXVII. Imo faverunt nonnulli. LXVIII. Diluitur secunda Criminatio. LXIX. Corrolarium.

DIS-

DISSERTATIO.

QUARTUS inter Ravennatis Provinciæ Suffraganeos, qui juribus, ac prærogativis Metropolitani sui bellum indixerunt, annumerari voluit extremis hisce temporibus Illustrissimus Faventiæ Episcopus. Cum enim eo Jure, ac prærogativa polleant Ravennates Archiepiscopi, ut in Diœcesibus Suffraganeorum & non Suffraganeorum Ministros, Feudatarios, Emphytheutas, servos nedum plurimos habeant, verum etiam eorum Causas per semetipsos, eorumque Vicarios cognoscant, atque decernant *privativè* ad quoscumque alios Judices, & Ordinarios Locorum; in acerrimos oppugnatores non semel offenderunt tum Laicos tum Ecclesiasticos. Primus omnium inter Episcopos contra illa Jura turbas excitavit Ariminensis. Id constat ex Epistola quadam Cardinalis Petri Aldobrandini Ravennæ Præsulis, data anno 1608. ad Ugonem Arcanum ejus Vicecomitem in Civitatibus Arimini, & Cæsenæ. Has autem Ariminensium turbas nullum præjudicium Ravennatium Juribus intulisse ex eo deducimus, quod certum sit, Archiepiscopos ab illis exercendis Arimini, illaque in Diœcesi nunquam cessasse usque ad hæc tempora, neque modo etiam cessare.

Jurisdictio Archiep. Raven. in alien. Diœces., & controversiæ a Suffraganeis commotæ.

Ab Episc. Ariminensi.

Primo Sum. Raven. typis impress. num. 14.

II. Alter, qui ejusdem potestatis usum acerrime impugnaret, fuit Flaminius Marcellinus Cæsenas Episcopus, cujus etiam conatus omnino fregit sententia *Arcosti Locumtenentis A. C. anno 1665. die 6. Novembris* publicata; ea enim Sententia Jus Archiepiscoporum firmatum est deputandi in ipsa Civitate Cæsenæ Vicesgerentes etiam Laicos, & per ipsos cognoscendi, & terminandi suorum Hominum *tam Laicorum*,

Ab Episc. Cæsenatensi ibid. n. 5.

Sententia A. C. contra Episc. Cæsenaten.

quam Ecclesiasticorum Causas quomodolibet vertentes, aut versurat in prima Instantia privativè quo ad Episcopum Cæsenæ ejusque Successores, & Vicarios. Et revera ab eo tempore usque in præsens hujusmodi Sententiæ acquieverunt, & acquiescunt Cæsenates Episcopi. Tertius vero Ferrariensis fuit, qui auctoritatem trium Romæ Tribunalium contra hanc Archiepiscoporum jurisdictionem tentavit, Sacræ Congregationis super Immunitate, Auditoris Cameræ Apostolicæ, ac Sacræ Rotæ Romanæ. Pugnatum est annos fere quadraginta, ac post varios diuturnæ litis eventus, tandem solemni Sacræ Rotæ Sententia controversia omnis anno 1748. definita est, firmato Jure Archiepiscoporum Ravennatensium *deputandi in Civitate, ac Diœcesi Ferrariensi Vicarium, Commissarium, aliosque Ministros, necnon ibi exercendi jurisdictionem in prima instantia in causis tam Civilibus, quam Criminalibus, ac mixtis etiam Ecclesiasticorum, & Locorum Piorum Ferrariæ, aliarumque personarum quovis titulo Subditarum Ordinario Ferrariensi, quoquomodo concernentibus, aut intermixtum habentibus interesse Mensæ Archiepiscopalis Ravennæ*.

Ab Episc. Ferrariensi.

Sententia Sac. Rotæ contra Episcop. Ferrarien. ibid. num. 4.

Ab Episc. Faventino, cui favit Sac. Concilii Congreg. in primo hujus controversiæ examine.

III. Quartus ergo vires suas experiri conatus est in eamdem jurisdictionem præstantissimus Faventiæ modernus Præsul. Is autem, dum nos toti essemus in Ferrariensium conatibus infringendis, ideoque minus ad novum bellum repellendum arma parandi, rationesque, & documenta aptiora investigandi tempus, atque otium daretur; afflictae, & imparatæ Matri suæ Ravennati Ecclesiæ intulit acerbissimum vulnus, nam in his temporum augustiis a Sacra Concilii Congregatione, quam de nostris juribus certiorem reddere nequivimus, Rescriptum super propositis dubiis secundum ejus vota obtinere illi contigit. Dolemus insuper, quod his non contentus, de hujusmodi Sacri Senatus Consultis speciem quamdam triumphi egerit; ea siquidem, cum res id minime postularet, typis impressa per universam Diœcesim suam disseminavit, & Ecclesiarum foribus in suburbanis Parochiis, atque in ipsa Civitate Faventiæ distribui, affigi, conclamari mandavit: Ravenna quoque hujusce triumhpi umbram aspexit; licet enim in Alma Urbe, Procuratoribus utrinque præsentibus, & audientibus, Sacræ Congregationis responsio edita fuerit, illam tamen contra omne jus, & debitam Metropolitano reverentiam per incognitum Nuncium, raptim, ac in speciem fugientis, Promotori Fiscali Curiæ Archiepiscopalis, Ravennæ intimari curavit (*).

(*) *Adsunt super his omnibus documenta penes R. P. D. S. Concilii Secretarium.*

IV. Verum hæc missa facimus. Cum autem in eadem Sacri Con-

Concilii Congregatione controversiæ hujus examen instaurandum fore cognoverimus, nobis in animum venit, quemadmodum pro Ferrariensi simillima prorsus quęstione aliquot ab hinc annis egimus; ita pro hac Faventina, impugnatæ jurisdictionis naturam, originem, ac fundamentum curiosius sciscitari, atque alteram super iis Dissertationem, ad Eminentissimos Judices melius instruendos, intexere. Itaque cum ea omnis quæstio ad hæc dubia omnino revocetur, scilicet 1. an Archiepiscopis Ravennatibus liceat non solum Notarios, atque eos præcipue, qui *ab appellationibus* nuncupantur, sed etiam alios Ministros in Diœcesibus Suffraganeorum retinere, ac si forte in aliis, num liceat in Faventina: 2. an Causas horum Ministrorum possint Archiepiscopi in alienis Diœcesibus cognoscere, ac definire, & num id possit in Faventina? Nos etiam in duo capita rem omnem dividentes, in primo ea omnia argumenta complectemur, quæ generalem Archiepiscoporum potestatem respiciunt non tantum detinendi ejusmodi Ministros in omnibus Suffraganeorum Diœcesibus, atque alibi, sed etiam eos eorumque Causas privativè judicandi. In altero autem capite specialia, & Faventinam Diœcesim propius attingentia referemus. Factorum tamen seriem, nudamque veritatem nos unicè exponere contendimus hac nostra dissertatione: quæ vero Forenses quæstiones sapiunt, legumque interpretationem in hac materia exigere videntur; ea Jurisconsultis nostris discutienda, atque enodanda relinquimus.

Status præsentis controversiæ.

Divisio Capitum controversiæ.

CAPUT PRIMUM.

De jure Archiepiscoporum Ravennatium retinendi Notarios, & Ministros, eorumque Causas judicandi per omnes Suffraganeorum Diæceses, & alibi.

§. I.

De Notariorum, aliorumque Officialium deputatione.

V. PRincipio igitur ea brevissime repetimus; quæ in Dissertatione nostra *de Jurisdictione Ravennatium Archiepiscoporum in Civitate, ac Dioecesi Ferrariensi* Sacræ Rotæ Auditorio faustissimis auspiciis insinuavimus, videlicet; amplissimum Ravennatis Ecclesiæ in pluribus Italiæ Regionibus patrimonium fuisse: per Siciliam, Umbriam, Picaenum, Æmiliam, &

Origo Feudatarior. Emphiteotar. Colonor. Ravenn. Ecclesiæ per varias Italiae provincias.

 Flami-

Flaminiam Castra, Monasteria, Vicos, Villas, Regiones longe lateque illam possedisse, divo Apollinari a Romanis Pontificibus, ab Imperatoribus, aliisque Magnatibus donatas. Hinc ergo ingens Vassallorum istius Ecclesiæ numerus, qui fundis beneficialibus ditati ab illa fuerunt: Hinc plurimi, nobilesque Feudatarii, quibus in Vicis, Castellis, Terrisque S. Apollinaris dominium tradebant Archiepiscopi, atque jurisdictionem: Hinc etiam infiniti propemodum Emphiteutæ, quibus adfruendum, & meliorandum Villas, Valles, Vineas, Terras impertiebantur, imposita pensione quotannis Ecclesiæ Ravennati solvenda in recognitionem dominii: hinc tandem Colonorum multitudo tum residentium, tum Partiariorum, quos in partem vocabant fructuum Terrarum, seu Prædiorum, quae incolerent, vel proprio labore exercerent. Ex amplitudine ista Patrimonii hic, atque illic per tot Provincias distributi, atque ex numero Vassallorum, Emphiteotarum, & Colonorum per tot dissitas regiones dispersorum, ortum habuit certissimè jus illud deputandi, vel mittendi varia in loca Officiales, ac Ministros, qui ad indulgendum tot hominum a Metropoli longe habitantium comodo, iisdem in locis res agerent Ecclesiæ Ravennatis, ac bona administrarent, atque *ex Pontificio, Imperialique indulto* eorum Hominum Causas definirent, cunctantes ad solutionem pensionum, canonum, decimarum compellerent, injustos occupatores deturbarent, jura denium omnia propugnarent Archiepiscoporum.

Causæ deputandi Notarios aliosque Ministros in alienis Diæcesibus.

VI. Primi igitur, quibus hujusmodi ministerium demandaretur, fuerunt *Diaconi* Ecclesiae Ravennatis; atque in iis *Notariorum* nostrorum, quibus modo bellum indicitur, originem certissimam cognoverit, quisquis antiquorum Ecclesiaemorum non ignarus, sciverit, primos Ecclesiarum Notarios, rerumque Administratores fuisse *Diaconos*, etiam juxta praxim Ecclesiæ Romanæ, & præsertim divi Gregorii Magni, ut constat ex Joanne Diacono lib.2. vitæ ipsius S. Pontificis. num.53. De hac autem Diaconorum nostrorum deputatione in alienis Diœcesibus luculentissima testimonia producimus ex ipso *Gregorio Magno*, ex Historicis, atque ex Archivio Ecclesiæ Ravennatis. Divus enim Gregorius qui veluti *Primogenitam Sedis Apostolicae filiam*, Ravennatem Ecclesiam respiciebat, atque ad amabat, uti ex millibus ejus Epistolis, & Diplomatibus licet arguere, Diaconos, & Subdiaconos nostros *in Sicilia* Archiepiscoporum Jura administrantes, datis litteris ad Provinciae illius Praesides, atque ad alios, enixe commendabat,

Diaconi Ecclesiæ Raven. deputati in alien. Diæcesibus.

In Sicilia ex testimonio S. Gregorii Magni, atque Agnelli Raven. histor.

& præ-

& praecipue *lib.9. epist. 4. ad Alexandrum Presbyterum*. Inter Historicos in promptu habemus *Agnellum* Saeculi noni celeberrimum *Pontificalis Ravennatis* Auctorem, cujus editionem additis eruditissimis adnotationibus curavit cl. Cassinensis Abbas Benedictus Bacchinius. Nam Agnellus de Mauro Ravennate Archiepiscopo, qui medio septimo saeculo in vivis erat, scribens ait = *Igitur misit* (Maurus) *ad Rectorem suum Siciliae, nomine BENEDICTUS DIACONUS, qui illo tempore regebat Curam, de Causis & Rebus Ravennatis Ecclesiae, manipularium suum, & voluit illum Rectorem Siciliae constituere* = idest Administratorem & qui præesset in Sicilia rebus, & causis Ravennatis Ecclesiae. Plurima autem Archivii nostri monumenta Diaconorum hujusmodi in aliis Diœcesibus commorantium indicia suppeditant. Sæculo enim nono *Joannem Diaconum Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ* invenimus Senogalliæ rebus ipsius Ecclesiæ in Picæno præsidentem (1), item *Eleutherium Diaconum S. Raven. Ecclesiæ, & Rectorem Arimini ex præceptione Domini Constantini Archiepiscopi* saeculo decimo (2); tum *Desiderium S. Raven. Ecclesiæ, & Rectorem Arimini* eodem saeculo (3) & iterum in eadem Civitate *Petrum Diaconum, & Primicerium Notariorum* anno 932. (4); ut cæteros omittamus.

Tom. 2. par. 1. Script. rer. Italic.

(1) *In Picæno ex Archivo Archiep. Raven. ut in novo Summ. n...*
(2) *In Æmilia ibid. n....*
(3) *ibid. n....*
(4) *ibid. n....*

VII. Abrogato deputandorum Diaconorum more successerunt processu temporis in rerum Ravennatium procuratione Vicecomites, Vicarii, Camerarii, simplices Notarii, Castaldiones, Depositarii, Fiscales; omnibus enim ejusmodi nominibus appellabantur, atque in praesens etiam appellantur Officiales Ecclesiæ Ravennatensis per varias Diœceses deputati, & residentes, atque eodem, quoprisci Diaconi, munere omnino fungentes. Hujusce rei argumenta absque numero ex eodem Archivio nostro in medium adducere possemus, quae legentibus fastidio essent. Verum præterquamquod longum istorum Ministrorum cathalogum, plurium sæculorum spatia, omnesque Diœceses Provinciæ Ravennatis, atque alias etiam complectentem, Eminentissimis S. Congregationis Concilii Patribus Jurisconsulti nostri exhibebunt (*); de eisdem indubia testimonia mox prodibunt ex infra dicendis. Interea non abs re erit hic addere, Ecclesiam Ravennatem non tantum Notarios, aliosque Ministros demandasse in alienas Diœceses, verum Domos quoque proprias in Ministrorum usum, & Residentiam, ut vocant, ibi habuisse. Arimini appellabatur *Rectorium S. Ravennatis Ecclesiæ* Archiepiscoporum Domus (6):

Vicecomites Vicarii Notarii Eccl. Raven. in Diœcess. Suffraganeum & aliorumEpiscoporum.

(*) *Nov. Summar. Raven. n....*

Domus seu Residentiæ Archiep. Raven. in Civit. Suffragan.

(6) *Arimini ex Nov. Summ. n.... lit. C.*

In ce-

In celebri Terra *Catholicæ* res agebantur *in Domibus S. Raven. Ecclesiæ* (7): Ferrariæ aderat *Domus magna S. Ravennatis Ecclesiæ*, quod infinita Documenta Sacræ Rotæ olim data demonstrant: quam domũ a Bartholomæo Cardinale Roverellio Archiepiscopo divenditam doluerunt Canonici Ravennates apud Senatum Venetiarũ an. 1503. tunc ejus Urbis Dominatum obtinentem & quæ postmodum nobis restituta incendio periit. In Civitate Cæsenæ Residentiam Archiepiscoporum non est qui neget, cum adhuc existat, ibique Tribunal, Carceres, Archivium, Judicem, Cancellarium habeat Ecclesia nostra. Foroliviensem vero, ubi Archiepiscopales Vicarii habitabant labente XIV. Sæculo, testantur acta Sperandei Notarii in Archivio nostro servata; atque ut reliquas taceamus, de *Faventina* Archiepiscoporum nostrorum Domo, atque propria Ecclesia dicemus *cap.* 2.

(6) *In Catholica ibid. n... lit. F.*

Ferrariæ ibid. n...

Cæsenæ ibid. n...

Forilivii ex Archiv. Archiep. Caps. *N.* pergam. n. 6902.

VIII. Probata ergo ista Notariorum, Ministrorumque in aliena Jurisdictione deputatorum Origine, Causis, & Consuetudine; quæri potest, quid est, quod Notarii nostri modo *Appellationum Notarii* dicantur? Id autem ita se habere arbitramur. Appellantes nempe a sententiis Suffraganeorum ad Metropolitani Curiam, cum ideo expediri curarent Inhibitiones, & Citationes, quas a Ravennate Metropoli necessum fuisset expectare, ut citius, & commodius eorum Causæ consulerent, expensisque majoribus simul parcerent, uti cæperunt opera Archiepiscopalium Notariorum, quos in propriis Civitatibus, ac Locis promptos habebant, ab iisdem opportunas Citationes subscribi, & expediri quandoque facientes; consumatæque Exequutionis relatione muniri juxta Forensem stylum. Atque inde manare facile potuit mos ejusmodi Notarios vocandi *ab Appellationibus* qui cæteroquin nullum nec minimum exercent Metropoliticæ jurisdictionis actum. Ast de vero eorumdem Notariorum Officio alibi; num vero Ordinariorum jurisdictionem vel minimum lædant, num Metropolitano fas sit illos deputare, & quibus limitibus eorum munus circumscribatur, ne Sacrorum Canonum Sanctionibus repugnare videatur; Jurisconsultorum nostrorum partes erunt demonstrare. Nobis id unum erat probandum, nempe Archiepiscopos Ravennates potuisse, & consuevisse a priscis usque Sæculis Notarios, aliosque Officiales in alienis Diœcesibus constituere, ac detinere.

Notarii Appellationum in Dioec. Suffragan.

§. II.

§. II.

De exercitio Judiciariæ potestatis.

IX. PRocedit modo oratio nostra ad alteram hujusce primi Capitis partem, quæ est de usu jurisdictionis judiciariæ Archiepiscoporum Ravennatium in Colonos, Emphiteutas, Ministros, servos Ecclesiæ nostræ, licet per alienas Diœceses constitutos: ex cujus quæstionis examine veritas prioris huc usque narratæ magis, ac magis firmabitur. Hujusmodi jurisdictione Archiepiscopos ab immemorabili tempore polluisse, eamque revera exercuisse, plurima sunt, quae docent, ac penè demonstrant. Quia vero doctissimi Jurium Faventinorum Patroni legum Ecclesiasticarum repugnantiam opponunt, quæ Episcopos in alterius Episcopi ditione, & in alienos subditos jus dicere prohibeant; primo omnium operæ pretium est ad Canonum severitatem emolliendam ostendere, id genus prærogativæ a Romanorum Pontificum indulto in Ecclesiam nostram derivasse: tum eam undique vallari, ac muniri plurium sæculorum usu, omnium Ordinariorum Ravennatis Provinciæ tam Civilium, quam Ecclesiasticorum scientia, ut ajunt, ac patientia, perpetuis ipsorum Archiepiscoporum ad illam propugnandam conatibus, ac demum Tribunalium omnium Romanæ Urbis decretis, non excepto ipsomet Pontifice.

Statuitur probandum jurisdictionem Archiep. Ravenn. in universa Provincia derivasse ex concessione Romanorum Pontificum.

X. Igitur Jurisdictionis judiciariæ usum in Homines Ravennatis Ecclesiæ, ubicumque degant, in alienis etiam Ditionibus, Romani Pontifices Archiepiscopis nostris tribuerunt. Prima istius Concessionis inditia desumi possent ex celebri Diplomate *S. Gregorii Magni*, cujus vetustissimum exemplar in Archivio Archiepiscopali asservamus (7), ac refert Hieronymus Rubeus Ravennatium rerum Historicus (8), atque Ferdinandus Ughellus (9). Illud semel, atque iterum Romanis Judicibus probatum est, ut alibi ostendimus (10); ac nos ipsi contra Cl. Ludovici Antonii Muratorii impugnationes, edita dissertatione propugnavimus (11). Verba autem Gregoriani Diplomatis, quæ ad rem nostram facere creduntur, ea sunt: *Confirmamus omnia præcepta, quæ a piissimis Imperatoribus .... eidem S. Raven. Ecclesiæ sunt facta, & omnia, quæ per eadem præcepta eidem Ecclesiæ sunt attributa, & omnia privilegia, quæ a Sanctissimis Prædecessoribus nostris .... ob amorem Summi* omni-

S. Gregorius M. concedit Archiep. Raven. jus placiti, & districtus super omnes Colonos Eccl. Ravenn.

(7) *Capf. A. pergam. n.1.*

(8) *Rub. histor. lib. 4. ad an. DLXXXV.*

(9) *Ital. Sac. in Archiep. Raven. n. 34. p. Edit.*

(10) *Differt. de Jurisdic. in Civit. Ferrar. n.x. &c.*

(11) *Tom. 45. Opuscul. P. Calogera.*

Omnipotentis Dei, Sanctique Apollinaris Pontificis, & Martyris reverentiam eidem Ecclesiæ, Tibi, tuisque Successoribus in perpetuum sunt data... De COLONIS vero super Terras ejusdem Ecclesiæ habitantibus, & de eorum Angariis, PLACITIS, DISTRICTIONIBUS, sicut in Præceptis vidimus, *& legimus.*

XI. *Placita, & Districtiones* nihil aliud esse, quam Judicia forensia Civilia, & Criminalia, demonstrarunt Doctissimi Auctores tum Critici, tum Jurisconsulti (12). Quare Jus Placiti, & Districtionis, nempe jurisdictionem Civilem, & Criminalem, in Colonos Ecclesiæ Ravennatis, ab Imperatoribus primo illi concessam, a Prædecessoribus suis deinde confirmatam, hic ratam habet Divus Gregorius Magnus. *Coloni* autem isti, qui Ecclesiæ nostræ Terras habitabant, non ii solummodo erant, quos modo *Colonos*, & verius *Laboratores* appellamus; sed cadebant sub isto vocabulo quicumque, & quovis titulo possidebant, colebant, custodiebant, aut habitabant alienos Campos, Fundos, & Villas (13) Atque hic etiam non abs re erit, cursim animadvertere, Divi Gregorii Magni temporibus nondum Ecclesias *Baronalia Feuda* obtinuisse, in quibus mero, ac mixto imperio potirentur, sed Imperiali Dominationi subjacebant omnia: quam animadversionem Faventinis Patronis objicimus, perperam interpretantibus Pontificias nostræ hujus jurisdictionis concessiones de *Baronali potestate in Feudis* (14).

(12) *Dulbang. Glossar. verb.* Placitum, & Districtum.
Lexic. Calvin. ibid. & alii.

(13) *Lexic. Calv. Verb. Colonus.*

(14) *Restric. Favent. Facti, & Juris in prima proposit.*

Paschalis I. eximit loca & Homines Eccles. Raven. a cujuscumque jurisdictioni præter Archiep. Raven.

XII. Succedit celeberrima *Paschalis I.* Romani Pontificis *corticea* Bulla, quam ex Archivio Archiepiscopali publici Juris fecit Cl. Muratorius (15) post Rubeum (16), & Ughellum (17). In ea Bulla Paschalis *Petronacium* Raven. Archiepiscopum, Ecclesiamque nostram hoc privilegio ornavit, Pontificum Prædecessorum, atque Imperatorum sanctiones de judiciaria potestate confirmans; ait enim *Præcipimus, & confirmamus, ut nullum Locum, aut jus subjacentem sub ditione Sanctæ tuæ Ecclesiæ pro quolibet adinventionis argumento POTENTIA QUOQUO MODO AUDEAT JUDICARE SUFFULTA CIVILI, AUT MILITARI PRÆCINTO usurpare, vel subtrahere, aut violare .... nec nullas molestias, aut gravamina, aut excubias quilibet inferre parti Sanctæ tuæ Ecclesiæ, NECNON COLONOS, AUT PARTIARIOS, VEL SERVOS SUBJACENTES PARTI S. VESTRÆ ECCLESIÆ A QUOLIBET OMNIUM ad militandum subtrahere, sed si militati fuerint, eos discingi, & dismilitari jubemus.* Data est hæc Bulla V. Idus Julias an. 819. In iis autem verbis quis non videat apertissime, loca omnia, & jura sub ditione jacentia Ravennatis Eccle-

(15) *Tom. II. par. I. Scriptor. rerum Italicar. in Appendic. ad Agnellum.*

(16) *Rub. ad an. 819.*

(17) *Ughel. in Archiep. Raven. n. 50.*

Ecclesiæ, scilicet Homines quoscumque in rebus, & bonis ejus partem habentes, Colonos, Partiarios, Servos eximi ab judicio cujuscumque Potentis, nempe Magistratus, Judicis, Ducis seu Civilis, seu Militaris, *& juxta Sacra Pontificum, & Imperatorum Privilegia*, quæ ibi indicantur, nullius subesse permitti jurisdictioni?

XIII. Clarius tamen privilegium istud expresserunt alii Summi Pontifices. Orta enim controversia *anno* 970. super hac eadem jurisdictione inter *Liutprandum* Cremonensem Episcopum, tunc Ferrariæ Comitem, seu Gubernatorem, & *Petrum* Ravennatium Præsulem, convocata est Ferrariæ Synodus Provincialis ab ipso Petro, atque in ea *Placitum* habuit *Eccicco Otthonis I. Imperatoris Legatus* juxta illius ætatis consuetudinem, atque ex Indulto Romanorum Pontificum (18), ut per nos ipsos alia occasione fusius probatum est (19). In ea autem Synodo *Petrum* Archiepiscopum de violata jurisdictione *Liutprandus* accusavit, rationemque repetiit, quare aliena jura usurparet. En Liutprandi verba ex illius Synodi exemplari nostro deprompta (20) = *Quæro tibi, quomodo habes, & detines Herimannos habitatores in locis, quæ vocantur Curolo, & Tamara, & à Capite Sandali usque* hic Ferrariæ, *seu & Herimannos, qui habuerunt in Castro Ficariolæ, vel infra ipsam Plebem S. Mariæ, quæ vocatur in Trenta, ne venire, custodire debeant ad ipsius servitium, vel ipsam ministrationem, quam meis Antecessoribus, qui istum Comitatum Ferrariensem detinuerunt, fecerunt, & vos mihi aliis contenditis* = Porro his verbis queritur Liutprandus, Archiepiscopum Ravennæ non solum detinere Herimannos, scilicet Homines sibi addictos, Vassallos, Emphiteutas, servos (21) in Villis, & Castris Comitatus Ferrariensis, & usque in eadem Ferrariæ Civitate; Verum etiam ejusmodi Herimannos ab Comitum Ferrariensium jurisdictione subtraxisse.

Synodus Provincialis cum Placito Missi Imperialis, in qua confirmatur hæc jurisdictio Archiep. Raven.

(18) *Holstenius in Collect. Roman. Capitul. Lotharii part. 2. pag. 218.* Flodoard. lib. 2. histor. Rhem. cap. 18. Du-Chang. To. 2. Glossar. verb. *Missus*.

(19) *Dissert. de Jurisdict. in Civitat. Ferrar. n. 23.*

(20) *Novo Summ. Raven. num. . .*

(21) *Dissertat. de Jurisdictione in Civit. Ferrar. n. 25.*

XIV. Huic Liutprandi accusationi Sanctiones, & privilegia Pontificum, atque Imperatorum Confirmationes palam in Synodo opposuit Archiepiscopus = *De ipsis Hominibus* (verba ipsius sunt) *quos vos dicitis de Curolo, & Tamara, & de omnibus aliis meis* Colonis, & Residentibus, habitatoribus, *in rebus, quæ sunt Juris Sanctæ nostræ Raven. Ecclesiæ, ego de illis habeo Contentiones à Domnis Apostolicis, quas mihi continent Dom.* Marini *Sanctissimi Papæ, & Dom.* Agapiti, *&* Joannis, *&* Leonis, *necnon modo postea supradictus D.* Joannes Sanctissimus Apostolicus, *& mihi exinde confirmavit* Otho Rex, *ut nullus*

Privilegia Marini, Agapiti, Joannis, X. Leonis, & Joannis XIII. de hac jurisdictione producuntur in Synodo Provinciali.

nullus meus Residens, seu habitator in rebus S. nostræ Raven. Ecclesiæ nec liber, nec servus ad nullius alius Placitum perpetere debeat, neque nullam ministrationem publicam facere, nec tibi supradicto Liutio Episcopo, atque ad istum tuum Comitatum Ferrariensem, neque ad nulla aliam districtionem, nisi ad meum Placitum tantum illi venire debeant, & in meam districtionem stare. Allatæ postmodum sunt Pontificum contentiones, idest Diplomata in Synodum, atque ex Patrum jussu per Notarium lectæ = *quod adimpletum est in Placito ipso per Georgium Presbiterum, & Notarium Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ, & in ipsa præcepta a Domnis Apostolicis, & confirmationem Dom. Joannis (is erat XIII. tunc Pontifex) relegebant, quod Homines, & residentes in rebus S. Raven. Ecclesiæ ad nullius Placitum publicum ire debeant, nisi ad Pontificis S. Raven. Ecclesiæ in perpetuum stare, & permanere.* His autem lectis, & probatis lata sententia est, atque ab Synodi Judicibus, ac præcipue ab *EPISCOPIS* subscripta = *Judicamus nos, ut ipsa præcepta, quæ Domni Apostolici constituerunt, & privilegia Dom. Imperatoris confirmaverunt in suprascriptam vestram Sanctam Ravennatem Ecclesiam, stabilissima permaneant de quantocumque ibi relegitur ad jura, & Dominium Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ.*

Sententia Synodi Provincialis pro hac jurisdictione Archiep.

XV. Quid evidentius enim vero ad rem nostram? Pontifices Summi Auctores ipsi sunt jurisdictionis judiciariæ, atque ejus etiam, quam Legistæ *privativam* vocant, seu quæ omnes alios Judices excludit, qua Ravennates Archiepiscopi in suos Homines pollent extra propriam Diœcesim, & ubicumque ipsi Homines morentur. Prohibuerunt enim Pontifices, ne Homines isti *ad alterius Placitum, vel Districtionem* vocarentur, scilicet a nullo alio Judice, licet Ordinario Loci eorum Causæ tam Civiles, quam Criminales decernerentur, præterquam a Tribunali Archiepiscoporum. Omittimus indicatas à Synodo *Joannis X., & Joannis XIII.* Sanctiones producere, alteram anno 921. scriptam *Honesto* primo ejus nominis Raven. Archiepiscopo, (22) alteram *Honesto secundo* an. 972. (23) in quarum utraque legimus expressis verbis = *Judiciariam potestatem concedimus* = Omittimus etiam eam animadversionem repetere, non agi in hisce Apostolicis Diplomatibus *de Jurisdictione feudali*, seu *de mero, & mixto imperio in Feudis Ecclesiæ nostræ*, perperam enim producta fuissent in relata Synodali quæstione; quæ super Hominibus *in Civitate, & Comitatu Ferrariæ* degentibus agitabatur, cum nec Ferraria, nec loca illius Comitatus

Probatur hæc jurisdictio *Privativa* quoad omnes alios Judices.

(22) *Tom. 28. Archiv. Archiep. Dissert. de Jurisdict. in Civitat. Ferrar.*

(23) *Rubeus ad an. 972.*

Privilegia Pontificum non possunt interpretari de Jurisdictione Baronali

tus a *Liutprando* nominata, Feuda essent, neque fuerint unquam Ecclesiæ Ravennatis. Satius est tantummodo hic Jurisconsultis Faventinis ob oculos ponere, Concessiones istas in Synodo lectas, & probatas generalissime intelligendas esse, & ad literam, de quibuscumque Hominibus, Emphyteutis, Colonis, & Servis Ecclesiæ Ravennatis sine exceptione Locorum, Comitatuum, vel Diœcesum; hujusmodi enim litteralis harum Concessionum interpretatio num contra Faventinorum restrictiones militare queat, unusquisque viderit, ac nos infra probabimus.

XVI. Temporum progressu, atque ad hæc ultima sæcula plures alii ex Romanis Pontificibus idem Jus servatum Archiepiscopis voluere. Anno 999. Gregorius V. datis literis ad *Gerbertum* Archiepiscopum, postea Papam *Sylvestrum II.*; variarum Regionum possessionem Ecclesiæ Raven. asseruit, ubique *cum judiciaria potestate* præsertim in Romandiola (24) expresse vetans, ne ullus *Dux*, *Comes*, *Vicecomes*, *Castaldio*, *magna*, *parvaque Persona PRÆFATIS COLONIS, ET RESIDENTIBUS aliquam publicam functionem, & angariam exigant, SED SECURI, ET QUIETI IN OMNIBUS SUB VESTRA TUITIONE, ET POTESTATE; UT PRÆDICTUM EST, EXISTANT.* Insuper ibi animadversione dignum censemus, Gregorium V. *tam futuros Pontifices inhibere, quam qui Ecclesiasticas ministraverint functiones, omnesque, cujuscumque sint dignitatis*, ne a se concessis Privilegiis contradixerint sub Anathematis pæna ipso facto incurrenda.

Gregorius V. confirmat hanc Jurisdict. Ecclesiæ Raven.

(24) *Novo Summar. Raven. n...*

XVII. *Gelasius*, *Innocentius*, *Calixtus*, *Honorius Secundi* omnes, Jura singula, privilegia, jurisdictiones Archiepiscoporum, *omnia demum per autentica privilegia ab Antecessoribus Pontificibus, a Catholicis Regibus, & Imperatoribus tradita* generali confirmatione, præsertim *in Ravennæ Exarcatu* rata habuerunt (25) duodecimo sæculo. Verum majori etiam distinctione judiciariam hanc potestatem confirmando concedit Archiepiscopis nostris *Honorius tertius*, datis literis ad *Simeonem* Archiepiscopum anno 1224. Ille enim plurima distinguit loca in variis Diœcesibus constituta, *Pisaurensi* nempe, *Ariminensi*, *Foropompiliensi*, *Cæsenatensi*, *Ravennatensi*, ac *FAVENTINA* etiam, ut suo loco observabimus, atque in iis omnibus jure *PLACITI, & DISTRICTIONIS, ET JURISDICTIONE* auctoritatem nostræ Ecclesiæ auxit (26) *LIBERTATES QUOQUE, & rationabiles Consuetudines, & approbatas Ecclesiæ Ravennæ, Diœcesis, ET METROPOLIS EJUS tam*

Gelasius, Innocentius, Calixtus, Honorius Secundi

(25) *Rubeus ad anno 1119. Ughel. in Gualterio Archiepisc. Raven.* Pagius in Gel. II. Tom. 36. & 38. Archiv. Archiep.

Honorius III. confirmat Archiep Ravenn. hanc Jurisdictionem.

(26) *Summ. Raven. prima proposit. num. 1.*

circa spiritualia, quam circa temporalia confirmat. Et ad hæc districtius inhibet; ne quis *Terras AUT HOMINES ipsius Ecclesiæ, ubicumque consistant, indebitis, & insolitis, servitiis gravare præsumat...., si qua ergo in futurum ECCLESIASTICA secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisve sui careat dignitate*. Mens ergo est *Honorii III.*, Bona, & Homines Raven. Ecclesiæ, ita esse ab omni aliena Jurisdictione, & potestate exemptos declarare, ut ubicumque degant, intra cujuscumque Territorii, aut Diœcesis confinia, ab uno Ravennæ Archiepiscopo pendeant. De isto Honorii III. Diplomate redibit sermo, ubi de *FAVENTINIS* rebus erit differendum, tunc enim interpretationem Jurisconsulti Faventini eruditissimam de Jurisdictione ejusmodi ab Honorio concessam ad examen revocabimus.

Gregorius IX.; Alexander IV., & Honorius IV. confirmant Diploma Honorii III.

XVIII. Eadem, quæ Honorius III., imo ipsismet verbis indulsit denuo Ecclesiæ nostræ *Gregorius IX.*, Diplomate dato anno 1228. ad *Theodoricũ* Raven. Præsulem (27) Gregorio IX. consonat *Alexander IV.*, cujus Diploma inscriptum *Philippo* Raven. Archiepiscopo anno 1255. Honorii III. Concessiones repetit (28) Trium horum Pontificum Sanctiones renovavit *Honorius IV. instante Bonifacio* Archiepiscopo *iisdem Verbis*, privilegiis, & descriptione Locorum CUM JURISDICTIONE TEMPORALI, PLACITO, & DISTRICTU, exemptione tandem ipsissima Terrarum, & Hominum nostræ Ecclesiæ ab omni aliena potestate, & jurisdictione (29). Diploma Honorii III. à Pontificibus mox indicatis jam confirmatum, de verbo ad verbum repetiit, ac pontificia Auctoritate renovavit *anno* 1472. *Sixtus IV.* Summus Pontifex, litteris Apostolicis inscriptis Cardinali *Bartholomæo Roverellio* Ravennatium Antistiti (30) Quapropter dubitari non potest, quin etiam confirmaverit *JURISDICTIONEM TEMPORALEM, ET PLACITUM, ET DISTRICTUM* Archiepiscoporum iis omnibus in locis, & ubicumque Homines nostræ Ecclesiæ habeentur, illique inservirent in Romandiola nostra, multisque in Diœcesibus, atque etiam in *FAVENTINA*. Tandem *Leo X.* omnia Privilegia Pontificia, & Imperialia, cujuscumque generis, cujuscumque amplitudinis, & quamvis inusitata, *QUANTUMCUMQ; MAJORES, ETIAMSI IN USU NON SINT* firma voluit datis literis *Nicolao Flisco* Cardinali, & Ravennæ Archi-

(27) *Ughellus in Theodorico Raven. Archiep. n.* 88

(28) *Summ. Raven. prima proposit. n.* 2.

(29) *Tom.* 38. *Archiv. Archiep.*

Sixtus IV. renovat, & confirmat Diploma Honorii III.

(30) *Summar. Rav. prima proposit. num.* 3.

Leo X. renovat, & confirmat generaliter omnia privilegia à Pontificibus, & Imperatoribus concessa Archiepisc.

Archiepiscopo XIV. Kalen. Octobris an. 1515. (31) De *Clemente X.* dicemus num. XXVII.

XIX. Relatis Pontificum Indultis locus hic daretur Imperatorum Diplomata producendi ad rem nostra facientia, Imperatorum, inquam, vel sponte hanc Jurisdictionem nostræ Ecclesiæ concedentium, vel Pontificia indulta confirmantium; satis enim notum esse arbitramur, quod status Ecclesiastici Ditiones à Tyrannis occupatas, Imperatores alii liberarunt, ac restituerunt, alii sibi quandoque occuparunt, ac detinuerunt, turbulentissimis præsertim Sæculis IX. X. XI. & XII. Opus ergo tunc erat, ut Ravennates Archiepiscopi ad propugnanda Jura Ecclesiæ suæ, imperiale patrocinium non raro ipsi quoque implorarent, ac privilegiorum suorum confirmationem deprecarentur. Aliquot igitur ex Imperatoribus Jurisdictionem hanc, de qua agimus, Archiepiscopis nostris indulserunt, consentientibus postea, atque approbantibus Romanis Pontificibus. Inter Imperialia Diplomata celleberrimum est illud OTHONIS III. Sanctæ Sedi addictissimi, ac perpetui Defensoris. Hic vero, ut a Ravennatis Ecclesiæ jurisdictione *Abbatiam Pomposianam* eximeret, jurisque Regii faceret, confirmavit *in concambium* Ecclesiæ Ravennæ *OMNIA PLACITA, & DISTRICTUS, & BANNA DE OMNI TERRA S. APOLLINARIS, & DE OMNIBUS EPISCOPATIBUS, SEU COMITATIBUS, de quibus præcepta. seu privilegia habentur in S. Raven. Ecclesia* (32) Verba sunt Diplomatis, ex quibus titulus jurisdictionis Archiepiscoporum in Feudatarios, Emphiteutas, Colonos, Partiarios, & Servos ubicumque existant, Ravennati Ecclesiæ à Pontificibus jam concessæ evidentissime confirmatur.

XX. Apertius tamen de eadem jurisdictione loquuntur Imperatores alii, inter quos Henricus IV., atque Ottho item IV. Numerantes enim Augusti illi varios Comitatus, ac Diœceses, ubi jura extendebantur Archiepiscoporum, addunt ubique PLACITUM, DISTRICTUM, AC JURISDICTIONEM, & præcipue potestatem judiciariam *in homines* Ecclesiæ Ravennæ, tum qui in *ROMANIA*, tum qui in *MARCHIA* degunt. En Verba Diplomatum Imperialium (33) *Comitatum Cæsenaten. cum Districtu suo*, Comitatum Forolivii cum *Districtu suo, Comitatum Imolen. Comitatum Comaclen. Comitatum Ferrarien..... CUM DISTRICTU, & PLACITO: OMNEM POTESTATEM IN OMNIBUS INFRA, & EXTRA CIVITATEM RAVENNÆ, Comitatum Argentæ cum*

(31) *Ugbellus in Nicolao Flisco Raven. Archiep.*

Imperatores ratum habent hanc Jurisdictionem.

Cur peterentur ab Imperatoribus privilegior. confirmationes, quas postea approbarunt Rom. Pontif.

Otthonis III. Diploma.

(32) *Arch. Archiep. Caps. B. n. 306. & Caps. L. n. 4769.* Ughellus in Friderico Raven. Archiep.

Henrici IV. atque Otthonis IV.

(33) *Arch. Archiepisc. Caps. P. num. 8276.* Tom. 36. *Archiv. eiusdem Ughellus in Ubaldo Rav. Archiep.*

cum PLACITO, & *DISTRICTU*, & *CUM OMNI JURISDICTIONE cum Pado, ripis &c.* A PRINCIPIO COMITATUS ARGENTÆ USQUE RAVENNAM (quos terminos notent quæso Faventini Defensores, si tamen *Faventini Comitatus*, & *Diœcesis* limites, situs, & spatia noverunt) *SUI AUTEM HOMINES tam in ROMANIA, quam in MARCHIA, sive in Castris, sive in Villis habitent, JURISDICTIONI SUORUM DOMINORUM, sive inter se agant, sive conveniantur ab aliis OMNINO SUBJICIANTUR; si vero ipsi alios conveniant, sub eorum Dominis agant, itaut Actor Forum Rei semper sequatur.* Non indigent clariori explicatione hæc verba Augustorum, per quæ Homines Ecclesiæ Ravennatis *omnino* subjiciuntur Tribunali Archiepiscoporum sive in Marchia, sive in Romania. Verum tantummodo ad Lectorum notitiam hæc de Imperatoribus dicta sunto; iis enim non admodum insistimus, cum suprema muniamur Romanorum Pontificum auctoritate, & indultis.

Investituræ Bonorum Emphiteut. probant usum istius Jurisdiction.

XXI. Cognita igitur Jurisdictionis nostræ origine, ac fonte in allatis Apostolicorum Patrum Diplomatibus, ad ipsius Jurisdictionis usum, & quidem plurium sæculorum demonstrandum transitum facimus. Istius autem usus luculentissimum testimonium præbent primo Concessionum Emphiteoticarum, quas Investituras vocant, Instrumenta. Ubicumque igitur possidebat Ecclesia Ravennas non solum Castra, & Feuda Baronalia, sed Villas, Prædia, Regiones absque mero, & mixto Imperio, Emphiteutæ illarum, aut Livellarii Archiepiscoporum judiciariæ jurisdictioni submittebantur, sive LAICI, sive ECCLESIASTICI fuerint, nec illis licitum erat alterius Judicis in Causis bona nostræ Ecclesiæ respicientibus Tribunal adire, nec alterius Jurisdictioni semet permittere. Hæc autem subjectio in pactum expresse deducebatur, cum Investituræ aut primo concedebantur, aut statis temporibus renovabantur: quarum Investiturarum innumerabilia, atque autographa exemplaria servantur in Archivio Archiepiscopali. Earum aliquot specimen in Epitomen contractum, & singulas Suffraganeorum, aliorumque Episcoporum Diœceses pertingens, *Pisaurensem* scilicet, *Ariminensem*, *Cæsenatensem*, *Foropompiliensem*, seu *Brittinoriensem* & *cæteras Provinciæ Ravennatis* subjicient Eminentissimorum Patrum examini Jurisconsulti Ravennates(34). Quod sane dependentiæ pactum tam à *Laicis*, quam ab ECCLESIASTICIS omnium Diœcesum solemni jure jurando firmatum, submittendi sese Archiepiscoporum *tum*

Emphiteutæ tum Laicj tum Ecclesiastici subjecti Foro Archiepisc.

In omnibus Diœcesibus intra, & extra Provinciam Ravennatem.

(34) *Novo Sum. Raven. n...*

Civili

Civili, tum *criminali Jurisdictioni*, consectarium certissimum est Pontificiarum Concessionum; istam enim generalissimam omnium, & *Laicorum*, & ECCLESIASTICORUM obligationem adeundi DISTRICTUM, & PLACITUM extranei Præsulis, impossibile dictu est ab arbitrio, ne dicam usurpatione Archiepiscoporum emanare potuisse, nemine tunc, & per plura sæcula reclamante.

XXII. Secundo autem usum ejusmodi Jurisdictionis evidentioribus argumentis probant tum omninm quorumcumque Provinciæ nostræ Judicum tam Sæcularium, quam ECCLESIASTICORUM scientia, consensus, & patientia; tum supremæ Tribunalium Romanorum sanctiones, tum quæ ipsi Archiepiscopi in hanc rem statuerunt, declararunt, omnique conatu contenderunt. Horum omnium brevissimum compendium currenti calamo intexere opportunum arbitramur.

Alia argumenta super exercitio immemorabili hujus jurisdictionis.

Anno 1278. die 19. Octobris cum Magistratus Ariminenses cogerent Homines Raven. Ecclesiæ qui in illorum ditione morabantur, coram eis in Judicio respondere (35) *Bertoldus Nicolai III.* Romani Pontificis Nepos, ac Romandiolæ Comes declaravit, debere se *libertates, & Jura S. Raven. Ecclesiæ propugnare, cujus Archiepiscopum Dominus noster Summus Pontifex tanquam honorabile membrum Romanæ Ecclesiæ specialiter diligit*; inhibuitque Ariminensibus *ne sub pœna* 500. *Marcarum Argenti contra eadem jura, & libertates auderent aliquid innovare.*

Comes Romandiolæ inhibet, ne Ariminenses ad sua Tribunalia cogunt Homines Ecclesiæ Raven. attentis illius privilegiis.

(35) *Summar. Raven.* 1. *propos. num.* 7.

Anno 1288. die 27. Martii Stephanus Comes, & Rector Romandiolæ cognoscens *PROPTER PRIVILEGIA, & INDULTA S. RAVEN. ECCLESIÆ* ad Archiepiscopos pertinere Jurisdictionem super Homines ipsius Ecclesiæ, mandat emitti e Carceribus Forolivii Bonutium Vivianum de Reversano Reum Homicidii; ac tradi *SECUNDUM JURA ET STATUTA RAVENNATIS ECCLESIÆ*, Guardino *CAMERARIO* in Civitate Forolivii *Bonifacii* Raven. Archiepiscopi, qui Camerarius *REPERIEBATUR ESSE PRO RAVENNATE ECCLESIA IN EXERCITIO, & QUASI POSSESSIONE JURISDICTIONIS PRÆDICTÆ LIBERA, PACIFICA, & QUIETA*. (36) Et revera traditum Curiæ nostræ Viviarum Reum legimus *coram Rodulpho Episcopo Foroliviensi, & in ipso ejus Episcopatu* (37) quod apprime indicat exercitium nostræ Jurisdictionis in Civitate Forolivii sciente, & patiente Episcopo.

RectorRomandiolæ tradit Curiæ Archiepisc. Raven. Forilivii residenti Hominem Eccles. Raven. secundum jura, & Statuta Raven. Ecclesiæ.

(36) *Summar. Raven.* 1. *propos. num.* 8.

Id exequitur coram Episcopo Foroliviens.

(37) *Novo Sum. Raven. n.* ...

Eodem anno 1288. die 20. Augusti Hermannus Comes, & Roma-

Romandiolæ Rector, ipse etiam confessus est, querelas in suo Tribunali delatas *CONTRA OFFICIALES ARCHIEPISCOPI remitti debere ad examen Ravennatis Ecclesiæ, suorumque Judicum*, AD QUAM SPECTABAT JURISDICTIO, COGNITIO, *&* PUNITIO PRÆDICTORUM VULNERUM *tàm ex* PRIVILEGIIS PAPALIBUS, ATQUE IMPERIALIBUS, QUAM DE LONGISSIMA CONSUETUDINE APPROBATA, *visis privilegiis supradictis, & de ipsa consuetudine habita plena fide, & de exercitio, & quasi* POSSESSIONE JURISDICTIONIS, QUIBUS PRÆFATA ECCLESIA IN SUOS OFFITIALES GAUDEBAT... *mandavit deleri querelas, Reosque tradi Camerario, & Officialibus Archiepiscopi in Civitate Forilivii* (38). Quid Luculentius? Hic autem obiter animadvertimus, Camerarium istum, modo *Prætorem* nuncupatum cum Cancellario, qui *Notarius* est etiam *Appellationum*, adhuc haberi in eadem Civitate, *da quali due Ministri Podestà, e Cancelliero si esercitano in esso Forlì gli atti di giurisdizione, che concernono la loro Carica, indipendentemente dalla Curia della Legazione, e dalla Curia Ecclesiastica di Forlì* (39) ita enim testantur Canonici, Patricii, Advocati, & Notarii illius Civitatis.

Rector Romandiolæ remittit ad Tribunal Archiep. in Civit. Forolivii querelas contra officiales Eccles. Raven. propter privilegia Papalia & Imperialia, & Longissimam consuetudinem.

(38) *Summar. Raven. 1. propos. num. 29.*

Prætor, & Notarius Archiep. jurisdictionem modò etiam exercet, & Notarius vocatur ab Appellationibus in Civit. Forolivii.

(39) *Summar. Raven. 1. propos. num. 29.*

Anno 1333. Canonici Ravennatenses Sede Archiepiscopali vacante deputarunt Vicecomites, & Vicarios pro S. Ecclesia Ravennæ in Civitatibus Pisauri, & Arimini, cum facultate Homines ipsius Ecclesiæ *ad custodiam, & recuperationem Castrorum positorum in Comitatibus præfatarum Civitatum connectendi, congregandi, compellendi*, ET EXCESUS, ET MALEFICIA PUNIENDI, CONDEMNANDI, ET ABSOLVENDI. Quæ sane jurisdictio in iis Civitatibus per Vicecomites Archiepiscopales exercita, alia non erat, nisi ea, de qua modo contenditur. (40)

Vicarii, & Vicecomites Ecclesiæ Raven. in Civit. Pisaur. & Arimini cum judiciaris potestate in Homines ipsius Ecclesiæ.

(40) *Summ. 1. proposit. num. 11.*

XXIII. Verum à nimis longo sæculorum intervallo seriem hujusmodi probationum desumpsimus, quæ si ad nostram usque ætatem non interrupta enumeratione deducendæ essent, in fastidiosam, atque immensam faraginem degeneraret Oratio nostra. Testimonia ergo exercitæ hujus potestatis ab extremis temporibus derivantes, indicium illius, & quidem in pluribus Civitatibus satis luculentum nobis præstarunt petitiones quædam anno 1503. porrectæ Duci, ac Senatui Venetiarum tunc Ravennæ Dominatibus à Capitulo, & Canonicis nostræ Ecclesiæ (41). Quærentes enim Canonici Fylíasium Roverellium Archiepiscopum Diplomata, ac paginas privilegiorum Eccle-

Anno 1503. Exercebatur hæc jurisdictio in Civitat. Arimini, Pisauri, Cæsenæ, Brittinorii Foripompilii, Forilivii, Faventiæ, Bononiæ, Ferrariæ, &c.

(41) *Novo Summ. Raven. n. 19.*

Ecclesiæ suæ Ravenna alio transtulisse, quæ si deperderentur, actum esset de ipsius Ecclesiæ Juribus, petitione quinta ea loca ennumerant, ubi Jurisdictionis usus Archiepiscopis erat, *per li quali Diplomi si vede le GIURISDIZIONI MEDESIME, & i Beni, e Confini, massime in Arimino, Pesaro, e Cesena, Brittinoro, Forlimpopolo, Forlì, FAVENTIA, Bologna, Ferrara, Argenta, & molti altri Luoghi*: che saria andato totalmente questo Arcivescovato *de Ravenna, se tali se perdessero:* Neque enim de Jurisdictione, aut Baronali, aut Metropolitica loquuntur ibi Canonici Ravennates, cum nulla tot Civitatum fuerit unquam Archiepiscoporum Feudum, nec Pisaurum Metropolitano Ravennati paruit unquam, ut Episcopatus Suffraganeus.

XXIV. His vero petitionibus omissis, alterum exercitæ Jurisdictionis in alieno Territorio indicium præbent Litteræ, quas *Patentes* appellant, & quibus per duo sæcula deputare Archiepiscopi consueverant Judices in universis locis, ubi Homines, & Bona Ecclesiȩ suæ habebantur. Anno siquidem 1554. *Ranutius Farnesius* Cardinalis, & Archiepiscopus *Bartholomæum Orsutium* Episcopum Lavellinum ejus Vicarium in ejusmodi Judicem declaravit, his verbis: *Nec non quascumque CAUSAS TAM CIVILES, QUAM CRIMINALES MIXTAS, prophanas, & beneficiales audien. cognoscen., & fine debito, ut juris fuerit, terminandi, fidelitatisque, obedientiæ, & alia consueta juramenta à Vassallis, personis, & subditis dictæ nostræ Ecclesiæ sibi præstari, & exhiberi petendi, & faciendi, illaque recipiendi, nec non etiam CUM POTESTATE IN OMNIBUS, & SINGULIS BONIS AD DICTAM ECCLESIAM NOSTRAM, sive per lineam finitam Emphiteutarum, sive per Canonem non solutum, aut aliter devolutis, illa, quæ tibi videbuntur pro Ecclesia nostra prædicta habere, & tenere velle declarandi, sicque voluntatis nostræ fore, & esse notificandi, & intimandi, possessionemq; Bonorum apprehendendi, & illa Colonis, aut Laboratoribus, quibus tibi videbitur locandi &c.* (42).

Literæ Patentes Archiepiscopor. quibus deputabantur Judices super bonis, & Hominibus Eccles. Raven., ubicumque essent.

Cardinalis Ranutii Farnesii.

(42) *Novo Sum. num.* 28.

Anno 1591. hanc judicialem jurisdictionem delegavit Christophorus Boncompagnus Archiepiscopus celebri Jurisconsulto *Bono ab Ecclesia tàm in Civitate Ravennæ, & ejus Territorio, & Districtu* QUAM ALIBI. (43)

Christophori Boncompagni.

(43) *Novo Sum. num.* 29.

Anno 1605. Petrus Cardinalis Aldobrandinus Archiepiscopus Ugonem Arcanum Jurisconsultum declaravit Vicesgerentem suum, & Locumtenentem generalem cum judiciali jurisdi-

Cardinalis Petri Aldobrandini.

jurisdictione non solum in Castris, & Feudis Ecclesiæ, *sed & in Savignano, in Civitate Arimini, &* IN ALIIS QUIBUSCUMQ; LOCIS, IN QUIBUS DICTA NOSTRA ECCLESIA JUS HABET RATIONE DICTORUM BONORUM; mandavitque non solum Vassallis, sed & HOMINIBUS, & OMNIBUS AD QUOS SPECTAT ILLI SUBJECTIS, ut Vicesgerenti suo *pareant, & obediant sub pœnis illius, Arbitrio imponendis*. (44)

(44) *Novo Sum. num.* 30.

Lucæ Turregiani.

Anno 1645. Archiepiscopatum obtinuit Lucas Turrigianus. Hic autem eamdem Auctoritatem transtulit in Vajanum de Vajanis ejus generalem Commissarium ad Bona, & Causas cognoscendas QUÆCUMQUE, & QUOCUMQUE IN LOCO EXISTERENT. (45) Tum *Romulum Januarium* Vicesgerentem suum deputavit, atque UTENDO PRIVILEGIIS, *immunitatibus*, PRÆROGATIVIS S. ECCLESIÆ RAVENNÆ *competentibus*, & CONSUETUDINE, ET NUNQUAM INTERRUPTA OBSERVANTIA, *illi auctoritatem, & potestatem delegat audiendi, cognoscendi, fineque debito terminandi in omnibus Causis tàm inter Emphyteutas, quàm inter ipsos Emphyteutas, quamvis in prima Instantia in Civitate Cæsenæ, & illius Territorio, & Diœcesi, Arimini, Pisauri, Brittinorii, Sarsinæ, &* FAVENTIÆ *etiam*. (46)

(45) *Novo Sum. num.* 31.

(46) *Ibid. n.* 7.

Tres Antecessorum Lucæ Turregiani Patentes.

~~Tres alii Turregiani~~ Antecessorum similes deputationes fuerant coram Auditore Cameræ Apostolicæ productæ anno 1665., vertente controversia super hac eadem jurisdictione inter ipsum Archiepiscopum, & Cæsenæ Præsulem Marcellinum, *prout in superiori num. II.* (47)

(47) *Summ. primæ proposit. n.* 5. *lit. A.*

Cardinalis Palutius Alterii.

Anno 1670. *Turregiani* successor Cardinalis *Palutius Alterius* eamdemmet, atque ipsissimis verbis expressam facultatem in prædictis Locis, ac Diœcesibus Cæsenaten, Ariminen; Pisauren., Brittinorien., Sarsinaten., ac FAVENTINA commisit Vicesgerenti suo. (48)

(48) *Summ.* 1. *propos. n.* 6.

Hieronymi Crispi

Nostro autem hoc sæculo *Hyeronimus Crispus* Raven. Archiepiscopus Antonium Pasolinum Jurisconsultum judiciaria ista potestate munivit, eodem prorsus modo, iisdemque in Diœcesibus, non excepta FAVENTINA, imo iisdem fere verbis prout in allatis literis Turregiani, atq; Alterii legitur. (49)

(49) *Novo Sum. num.* 10.

Ordinarii Locorum Laici, & Eccles. Romana Tribunalia, Facta Archiepiscopor. confirmant usum istius jurisdict.

XXV. Rursus vero aliis, iisque validissimis Argumentis usum istius Jurisdictionis per universas Diœceses demonstramus. Aliquot vero innuere cursim liceat.

Anno 1630. Cardinalis *Sacchettus* Ferrariæ Legatus datis Literis

Literis declaravit, à nullo Judice se permissurum animadverti in Ministros nostræ Ecclesiæ, nisi a Judicibus Archiepiscopi Raven. (50)

Card. Legatus Ferrariæ.

(50) *Summar. prima propos. n. 15*

Anno 1636. contra Curiam Legationis Romandiolæ sese immiscentem in Causa Depositarii Archiepiscopalis in Civitate Cæsenæ, reum Homicidii, recursum habuit Archiepiscopus ad Summum Pontificem, à quo commissa Controversia *Sacræ Congregationi super Immunitate*; prodiit responsio die 10. Junii hujus Anni, causam spectare ad Forum Archiepiscopale, *LICET DELICTUM FUERIT COMMISSUM EXTRA EJUS DIÆCESIM*: quam Responsionem retulit *Riccius* verbo *Depositarius*. Et revera Causa ejusmodi in nostro Foro terminata fuit per sententiam contra Depositarium à Vicario Archiepiscopali prolata. (51) Ex cujus facti veridica relatione manifestum apparet Faventinorum Patronorum ingenium, qui causam istam à Vicario nostro cognitam *ex Commissione Sacræ Congregationis* nimis enim verò confidenter asseruerunt. (52)

S. Congregatio super Immunitate decernit spectare ad Archiep. Curiam judicium contra Depositarium Eccl. Raven. in Civit. Cæsen.

(51) *Summar. prima proposit. num. 16.*

(52) *Restrict. Faventin. Fact. & Jur. in prima propos.*

Anno 1662. Legatus Romandiolæ vetat, ne Examini judiciali subjiciantur Officiales Archiepiscopi Cæsenæ degentes, nisi prius facultate petita à Vices Gerente Archiepiscopali, *Vengo a dirle colla presente*, (scribit ad Gubernatorem Cæsenæ,) *che Ella ne faccia dire una parola al Viccegerente di questo Monsf. Arcivescovo costì, il quale ordinarà subito al medesimo Patentato, che comparisca, e si esamini ..... E sempre, che occorre di esaminare simili Patentati, sarà bene, che V. S. prima me ne avvisi.* (53)

Legatus Romandiolæ mandat non examinari Ministris Archiep. in alienis Diœcef. nisi cum ipsius Archiep. licentia.

(53) *Summar. primæ prop. n. 21.*

Anno 1663. vertente Causa, de qua mox, Testes annosi fecerunt fidem = *che li Arcivescovi di Ravenna gradatim da 50., e più anni in quà tengono in Cesena un Tribunale aperto, e un Giudice, che si chiama VICEGERENTE CON UN CANCELLIERO, ED ALTRI MINISTRI: qual Vicegerente hà giudicato, e giudica tanto nelle Cause Civili rispetto a Beni Enfiteotici esistenti nel Territorio di Cesena, e altrove, quanto anche in Cause vertenti tra gli Enfiteuti tanto per detti beni enfiteotici, QUANTO PER BENI ALLODIALI, ED ALTRI INTERESSI SPETTANTI A DETTA MENSA, O ARCIVESCOVADO, E SUA GIURISDIZIONE: come anche rispetto a Sudditi di detta Mensa; e che anche li detti Illustrissimi Arcivescovi hanno avuto, & hanno un PALAZZO APERTO qui in Cesena, quale ha servito, e serve per Tribunale di detto Vicegerente per DETTE CAUSE & ALTRE CONCERNENTI*

Depositiones Testium de hac Jurisdictione in alienis Diœcesib.

Tribunal., & Residentia Archiep. Rav. in Civit. Cæsenæ.

(54) *Novo Summar. num.* 32.

DETTA MENSA, E ARCIVESCOVADO. (54)

Probatur in contradictorio Judicio consuetudo Archiepiscoporum deputandi Judices in Dioecesibus Suffraganeorum, & eorum subditorum causas decernendi in causis bonorum mensæ Archiepiscopalis.

Anno igitur 1663. mota est controversia in supremo Signaturæ Justitiæ Tribunali super competentia Judicis in Causa inter Emphiteutas nostræ Mensæ Civitatis Cæsenæ. Tunc vero probatum est, quod = *ECCLESIA METROPOLITANA RAVENNÆ AB IMMEMORABILI CONSUEVIT DEPUTARE IN CIVITATIBUS SUORUM SUFFRAGANEORUM VICARIOS, SEU LOCUMTENENTES qui in Causis Bonorum Emphiteuticorum, quæ eadem Ecclesia Metropolitana in magna quantitate habet in eorum Suffraganeorum Diœcesibus CONTRA EORUM SUBDITOS ILLA POSSIDENTES SUPER DEVOLUTIONIBUS, & ALIIS CONTROVERSIIS SUPER IISDEM BONIS inter Ecclesiam Metropolitanam, & ipsos Emphiteutas vertentibus, ut EX DEPUTATIONIBUS, PROCESSIBUS, JUDICIIS, & EXECUTIONIBUS ILLORUM VIGORE FACTIS IN ACTIS PRODUCTIS* = (55) Quod autem majus, aut fortius probationis genus juxta Forenses Leges excogitari poterat usque ab eo tempore?

(55) *Novo Sum. n.* 36.

Et quidem opposita tunc fuit jurisdictio Episcopi Cæsenæ.

Attamen ulteriori animadversione dignum hoc Judicium videtur; illud enim agitabatur inter Emphiteutas, & Emphiteutas, quorum pars altera Causæ cognitionem deberi contendebat *ORDINARIO CÆSENÆ* vigore Sacri Concilii Tridentini (56), altera vero Vicesgerenti Archiepiscopi Raven. = *QUIA JURISDICTIO COGNOSCENDI DICTAS CAUSAS CONTRA SUBDITOS SUORUM SUFFRAGANEORUM IN PRIMA INSTANTIA SPECTAT AD ILLUSTRISSIMUM DOMINUM ARCHIEPISCOPUM, & EJUS JUDICES AB EO DEPUTATOS* = Cum vero quæstio hæc de controversia Tribunalis cognita prius fuerit coram A.C. Areosto, & ab eo *remissa ad Vicarium, seu Locumtenentem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Cæsenæ residentem*; ab hoc Decreto appellavit pars adversa *ad Signaturam Justitiæ*, & primo quidem impetravit remitti Causam ad Ordinarium Cæsenæ: Verum Parte altera Instantias iterante, simul cum Turregiano Raven. Archiepiscopo, tandem ipsa Signatura Justitiæ die 15. Januarii 1663. rescripsit, ALTERI PERSONÆ ECCLESIASTICÆ AB ARCHIEPISCOPO RAVENNATEN. DEPUTANDÆ (57) videant ergo Eminentissimi PP. nostram hanc jurisdictionem retinendi ubique Officiales, ubique Causas decernendi nostrorum Hominum, tunc probatam fuisse non solum DE-

(56) *Novo Sum. eodem n.32.fig.*✠

Sententia Auditoris Cameræ pro Archiepiscopo

Rescriptum Signaturæ Justitiæ pro Archiepiscopo

(57) *Novo Sum eodem n.32.lit.A*

PU-

PUTATIONIBUS, PROCESSIBUS, EXECUTIONIBUS IN ACTIS PRODUCTIS, atque à Tribunalibus Auditoris Cameræ, & Signaturæ Justitiæ canonizatam, verum etiam id factum IN CONCURSU ORDINARII CÆSENATENSIS, ad quem vigore Concilii Tridentini autumabat Pars adversa remitti debere ejusmodi Causam.

Anno 1669. Legatus Romandiolæ mandat, Processum contra Officialem Archiepiscopi, reum Homicidii, quamvis de aliena Diœcesi, reddi, ac tradi Curiæ Archiepiscopali, imo quatenus opus esset, brachium sæculare eidem præstari (58).

Anno 1671. avocata est à Curia Legationis Causa Fiscalium Archiepiscopi in Civitate Cæsenæ, & remissa ad Tribunal ipsius Archiepiscopi, à quo Vicesgerenti suo demandata fuit (59).

Anno 1674. Palutius Cardinalis Alterius Raven. Archiepiscopus Vicario suo generali scribens non dubitavit asserere, CHE L'ARCIVESCOVATO E' IN POSSESSO DI CONOSCERE PRIVATIVAMENTE LE CAUSE DE SERVITORI DE PROPRJ OFFICIALI = ideoque mandavit eidem Vicario, curaret consuetudinem istam servari in Causis Famulorum Ducis Militiæ Raven. Ecclesiæ, qui extra Diœcesim morabatur (60).

Hanc autem assertionem fundabat Archiepiscopus in authenticis Documentis, ex quorum altero constabat, Ministrum Archiepiscopi *Lucæ Turregiani*, (qui anno 1645. Ecclesiam nostram regebat) in Civitate Cæsenæ, ob Armorum delationem Carceribus Legationis mancipatum = *nelle quali non appena fermato, fu per commandamento di Monsignor Torreggiani Arcivescovo, fatto da quelle Carceri condurre nelle forze della di lui Curia Arcivescovile ..... dichiarandosi detto Monsignore Arcivescovo*, CHE VERUN GIUDICE, SALVO CHE EGLI ERA COMPETENTE IN CONOSCERE, E TERMINARE LE CAUSE DELLI DI LUI MINISTRI, E DE LORO SERVITORI ATTUALI = Iterum idem Famulus captus fuerat a Curia Laica Cæsenaten., verum statim liberatus = *perchè era servitore del suddetto Signor Depositario Arcivescovile, con lasciarsi sentir dire (Gubernator Cæsenæ) CHE GIA AVEVA VISTO PRATICARE, CHE NE ANCHE LI SIGNORI CARDINALI LEGATI SI ERANO MAI VOLSUTI INGERIRE NELLE CAUSE DE MINISTRI, E LORO SERVITORI ATTUALI DELL' ARCIVESCOVADO DI RAVENNA* = Ibi etiam additum legimus, alias ejusmodi Famulorum querelas rejectas fuisse à Laicis Cæsenæ Judicibus,

asse-

Legatus Romandiolæ remittit Causam Ministri Archiep. ad Tribunal ejusdem.

(58) *Summar. prima proposit. num.* 21.

Causa Fiscalis Archiep. in Civit. Cæsenæ avocatur a Curia Legationis

(59) *Novo Sum. in Epilogo n.* 34. *lit. V.*

Card. Palutius Alterius testatur de consuetudine Archiep. jusdicendi privative in eorum Ministros.

(60) *Novo Sum. n.* 33.

Lucas Turregianus Archiep. erat Judex privativus Causarum suorum Ministrorum.

Gubernator Cæsenæ testatur de hac privativa jurisdictione etiam quo ad LegationemRomandiolæ.

Item testatur de propria incompetentia in iisdem causis.

asserente Gubernatore = NON POTER PROCEDERE, COME DICHIARATO GIUDICE INCOMPETENTE VERSO LI MINISTRI DELL' ARCIVESCOVADO E LORO SERVITORI ATTUALI (61) Ex altero autem Documento, cui innitebatur assertio Cardinalis Alterii, constabat, alterum Archiepiscopi Famulum Homicidii accusatum judicio subjecisse solius Vicarii Archiepiscopalis, non obstante inquisitione in eum facta per Fiscum Curiæ Legationis (62).

(61) *Novo Sum. eodem n.... lit. A.*

(62) *Ibid. lit. B.*

Epistolæ Cardinalis Alteris, quibus probatur eadem consuetudo

Audiendus pariter est idem Cardinalis Alterius tunc Archiepiscopatus Reservatarius, *Bonifacio Granario* Romandiolæ Thesaurario, suoque Agenti scribens in quadam Causa Ministrorum sui Archiepiscopatus; ait enim = *è ben vero però, che in questa materia del privilegio dell'Armi, che godono i miei Patentati, non si è di quà scritta cos' alcuna al Sig. Cardinal Legato, e quando si pretenda di non farlo goder loro*, *COME SEMPRE SI E' OSSERVATO, E COME PORTA LA GIURISDIZIONE DELL' ARCIVESCOVATO*, *dovrà pensare Monsignor Arcivescovo, ed il Vicario Generale istesso alla difesa* (63). Quin imo scripsit etiam Cardinali Gabriellio ejusdem Provinciæ Legato, loquens de alia suorum Ministrorum Causa, quam Alterius commiserat Vicario suo Generali super Insultibus Curiæ Legati factis, aliisque ipsorum Ministrorum reatibus = *Io non lascio intanto di rendere a Vostra Eminenza ossequiose grazie dell' ordine, che s' è compiaciuta dare, che* *SIANO ESSI* (*Ministri*) *CONSEGNATI AL MIO TRIBUNALE, A CUI IN VIRTU' DELLA LORO PATENTE, E DEL SERVITIO, CHE PRESTANO, SONO SOGGETTI* = (64) Ipsi autem Rei condemnati fuerunt a Vicario nostro, prout deducitur ex altera ipsius Cardinalis Epistola 22. Septempris 1674. (65).

(63) *Ibid. lit. C.*

(64) *Ibid. lit. D.*

(65) *Ibid. lit. E.*

Inhibitiones Generales contra universos Provinciæ Ordinarios Laicos, & Ecclesiasticos pro tuenda hac jurisdictione privativa Archiepiscoporum in Ministros Ecclesiæ Ravennæ.

XXVI. Quin imo supersunt adhuc *formulæ Inhibitionum*, quibus Archiepiscopi Ravennates prohibebant *Universis, & singulis Civitatum, Terrarum, Castrorum, Villarum, Oppidorum, & aliorum quorumcumque locorum Gubernatoribus, Auditoribus, Locumtenentibus*, VICARII, AC ALIIS QUIBUSCUMQUE ECCLESIASTICIS; & SÆCULARIBUS Commissariis, Ordinariis, Delegatis, SUB PÆNIS, & CENSURIS, OFFICIALES SUOS PRO QUIBUSVIS EORUM CAUSIS CIVILIBUS, & CRIMINALIBUS, MERIS, & MIXTIS, IN JUDICIO ALIBI, QUAM CORAM IPSIS ARCHIEPISCOPIS CONVENIRE: cum aliis declarationibus, comminationibus, prout in iis formulis

mulis expresse legi potest tam pro Procuratore Fiscali Archiepiscopali in specie, quam pro omnibus in genere Ministris, & Officialibus Archiepiscopatus; atque ibi rotundis litteris asseritur, quod Officiales Archiepiscopalis Mensæ *GAUDERE DEBEANT, & GAUDEANT BENEFICIO, & PRIVILEGIO FORI, ITAUT PRO QUACUMQUE CAUSA TAM CIVILI, QUAM CRIMINALI, MERA, VEL MIXTA, MOTA, VEL MOVENDA, ACTIVA, VEL PASSIVA CONVENIRI NEQUEANT ALIBI, NISI CORAM ARCHIEPISCOPIS* (66). Et rursus in altera Inhibitionis formula hæc expresse leguntur = *Ad instantiam NN. de Civitate N. Mensæ Archiepiscopalis Cancellarii, seu Procuratoris, seu Proveditoris à nobis deputati, prout ex literis patentibus desuper expeditis ..... expositum, quod licet in omnibus EJUS CAUSIS TAM CIVILIBUS, QUAM CRIMINALIBUS SIT, UTI TALIS, NOSTRÆ JURISDICTIONI PRIVATIVE QUOAD OMNES ALIOS JUDICES OMNINO SUBJECTUS, & non possit, neque poterit ALIBI, & CORAM ALIIS JUDICIBUS, QUAM CORAM NOBIS, & INFRASCRIPTO NOSTRO VICESGERENTE CONVENIRI, & molestari; nihilominus nonnulli in executione præsentium nominan., & cognominan. ...... quapropter mandatur omnibus, & singulis DD. JUDICIBUS TAM ECCLESIASTICIS, QUAM SÆCULARIBUS* ..... sub pæna 500. Ducatorum auri Reverendæ Cameræ Archiepiscopali applican. &c. (67) Exaratæ sunt formulæ istæ Inhibitionum, *Alterio* Cardinale, & Archiepiscopo, qui anno 1670. nostræ Ecclesiæ præerat: Eis quoque usus est proximis temporibus *R. P. D. Crispus Raven. Archiepiscopus*, ut infra dicetur.

(66) *Novo Sum. n. 25.*

Altera Inhibitio generalis.

(67) *NovoSummar. num.25.*

Breve Clementis X. quo reservatur hæc jurisdictio privativa Card. Palutio Alterio.

XXVII. Quia vero paucos post annos idem Alterius, *Fabio Guinisio* in Archiepiscopum cum congrua Alimentorum adsignatione subrogato, cæteros redditus, jurisdictionem omnem temporalem, Emphiteuses, & Feuda sibi reservaverat, & præsertim potestatem judiciariam super omnes Ministros, & Officiales Ecclesiæ Ravennatensis; Literas Apostolicas in forma Brevis *a Clemente X.* Romano Pontifice impetravit, quibus, præter alia Jura, *Alterio licet Reservatario* sarta tecta servatur hæc nostra jurisdictio in alienis Diœcesibus eo ipso modo, quo dum fuerat Archiepiscopus, eam exercebat, atque exercere poterat. Verba Apostolici Brevis referimus, concedentia = *nec non omnimodam, meram, mixtam, & ABSOLUTAM JURI-*

RISDICTIONEM TEMPORALEM IN QVIBVSVIS CIVITATIBVS, etiam Ferrarien., Terris, Oppidis, Caſtris, Villis, & Locis, & præſertim Argentæ, TAM IN RAVENNAT., QVAM IN ALIIS CIVITATIBVS, & DIOECESIBVS, HACTENVS PER VOS PRO TEMPORE EXISTEN. ARCHIEPISCOPVM RAVENNAT. QVOMODOLIBET EXERCERI SOLITAM, ac jus, facultatem, & auctoritatem per te, vel alium, ſeu alios videndi, & revolvendi Libros cujuſcumque generis Archiviorum Ravennæ, & alibi, ſi quæ ſint, ET PROCEDENDI PER TE, VEL TVOS MINISTROS, & OFFICIALES ABSQVE ALICVJVS ALTERIVS JVDICIS, & LOCORVM ORDINARIORVM MINISTERIO ad exactionem fructuum, & aliorum Tibi reſervatorum hujuſmodi ETIAM VIA EXECVTIVA, & MANV REGIA, PROVT FACIEBAS, & PROCEDEBAS, AC FACERE, & PROCEDERE POTERAS ANTEQVAM REGIMINI, & ADMINISTRATIONI DICTÆ ECCLESIÆ RAVENNATENSIS CESSISSES. Eas autem literas *Clementis X.* Monitorio Auditoris Cameræ inſertas intimari curavit Cardinalis Alterius anno 1691. Capitulo, & Canonicis Ravennaten. contra ejus reſervationes muſſitantes (68) Archiepiſcopi ergo Ravennates Juriſdictione pollebant cognoſcendi Cauſas bonorum, & Hominum ſuorum in ~~quacumque Diœceſi mor~~arentur, independenter ab Ordinariis Locorum: atque etiam ipſam Juriſdictionem approbavit, & confirmatione Apoſtolica ſartam, tectam voluit *Clemens X.* Romanus Pontifex.

Allegatur conſuetudo.

Privativa quoad quoſcumque ordinarios, & Judices Locorum.

(68) *Novo Sum. n.* 25.

Exercetur hæc juriſdictio in tota ſimul Provincia Ravennatenſi.

XXVIII. Accedit altera magni enim vero ponderis animadverſio, nempe Archiepiſcopos hac juriſdictione quandoque uſos fuiſſe in tota *ſimul provincia Ravennatenſi*, cum in ſuos animadverterent. Anno enim 1680. Fabius Guiniſius Alterii Succeſſor, ex ilii pæna *A CIVITATE RAVENNÆ, AC TOTA PROVINCIA ARCHIEPISCOPATVS* mulctavit Antonium Baſſum ſuæ Curiæ Baroncellum (69). Item anno 1707. eamdem exilii pænam inflixit quibuſdam Fæminis *Raymundus Ferrettus* Archiepiſcopus NON SOLO DA QUESTA CITTA', MA EZIANDIO DA TUTTA QUESTA DIOCESI, E PROVINCIA ARCIVESCOVILE (70).

(69) *Novo Sum. num.* 20.

(70) *Ibid. n.* 21.

Inhibitiones Archiepiſcopi Criſpi contra univerſos Judices Laicos, & Eccleſiaſticos pro tuenda hac juriſdictione privativa

XXIX. Moderante poſt Ferrettum res Eccleſiæ Ravennatis *Hieronymo Criſpo*, illæ eædem generales Inhibitiones expediebantur a Curia Archiepiſcopali, per quas ſuperius *n. XXVI.* innuimus, Alterium Cardinalem quinquaginta fere ante annos, vetare

vetare consuevisse universis, & singulis *tum Laicis*, *tum Ecclesiasticis Judicibus*, ne Officialium suorum Causas ad eorum Tribunal trahere auderent. Crispi enim Inhibitionum formulam habemus (71), in qua notandam arbitramur Causam, cur expedirentur, scilicet = *& præsertim super Exemptione, & Immunitate a superioritate cujuscumque Fori, & Tribunalis tam Ecclesiastici, quam Laicalis in omnibus, & singulis ejus, & ejus Familiæ Causis civilibus, & criminalibus meris, & mixtis tam activis, quam passivis, JURISDICTIONI NOSTRÆ PRIVATIVE QUOAD ALIOS OMNES JUDICES SUBJACERE LICET, nec ipse Instans quavis de Causa, nec Civiliter, nec aliter vexari, molestari, perturbari, & ALIBI IN JUDICIUM TRAHI, NISI CORAM NOBIS &c.* Hujusmodi autem inhibitio executioni demandata fuit contra *Curiam Episcopalem Brittinorii* anno 1722.

(71) *Novo Sum. n. 23.*

Exequuntur contra Curiam Episcopalem Brittinorii.

XXX. Iterum super eadem jurisdictione consulenda fuerunt Romana Tribunalia anno 1728. Cum enim Datiariis Communis Cæsenæ prohibuisset Curia nostra Archiepiscopalis, ne molestias inferrent cuidam Mustiolo Officiali Ecclesiæ Ravennatis, moranti in Portu, quem Cæsenaticum appellant, eosque Datiarios coram Archiepiscopi Vicario citasset; confugerunt ipsi ad *S. Boni Regiminis Congregationem*, Causamque ad ejus Tribunal devolvi authumarunt, interposita Citatione. Verum Mustiolus *Signaturam Justitiæ* oportunè adiens, ejusque Auctoritatem implorans, duplici Decreto 17. ac 19. Augusti anni 1728. & citationem Boni Regiminis moderari obtinuit, & Causam remitti ad Archiepiscopi Tribunal, ubi revera actitata est (72).

Sanctiones Signaturæ Justitiæ pro jurisdictione Archiep. in eorum Officiales, licet alienæ Diœcesis.

(72) *Novo Sum. num. 6. in epilogo lit. A.*

XXXI. Ipsimet, quis crederet? Ipsimet Officiales Ecclesiæ nostræ, si quando Tribunal Archiepiscoporum declinare tentaverint, ipsorum Urbis supremorum Judicum Auctoritate, ad illud ipsum redire, ac subijcere sese coacti non semel fuerunt. Id evenit anno 1629. Marchioni Antonio Romagnolio in Civitate Cæsenæ nostræ Ecclesiæ Ministro, qui in Judicium coram Vicario Archiepiscopali Ravennam vocatus a Clarutio quodam ejus Creditore, semel, & iterum tentavit, Causam evocari ad Romanam Curiam primo interposita Inhibitione *Auditoris Cameræ*, quæ moderata fuit die 17. Novembris illius anni, & Causa remissa ad Vicarium Ravennatem; secundo vero interposita inhibitione *Signaturæ Justitiæ*, quæ pariter moderata fuit die 16. Septembris 1730., ac declaratum, Causam

Aliæ sanctiones Auditoris Cameræ, & Signaturæ Justitiæ.

spectare ad Curiam Archiepiscopalem Ravennæ, ubi finem habuit (73).

(73) *NovoSum. n.20.lit.GG.*

Declaratio Clementis XII. pro hac jurisdictione Archiepiscoporum Ravennæ.

Anno 1732. Cardinalis *Maffejus* Romandiolæ Legatus facultatem obreptitiè obtinuerat à *Clemente XII.* Romano Pontifice animadvertendi in *Comitem Petrum de Arcano* Depositarium in Civitate Cæsenæ *Maphæi Nicolai Farsetti* Ravenn. Archiepiscopi. Quamvis autem ea ipsa hujusmodi facultatis impetratio à Summo Pontifice inditium evidens esset, Legatum per se nulla pollere jurisdictione in Ravennatis Ecclesiæ Ministrum; attamen Archiepiscopus auctoritatem Ecclesiæ suæ zelatus ad eumdem Pontificem reclamavit, qui per Secretariam Status Archiepiscopo rescripsit, se in animo solum habuisse = *DI DARE LE FACOLTA' NECESSARIE AL DETTO TRIBUNALE* (nempe Legationis) *SENZA PERO' AVER PREGIUDICATO ALLE RAGIONI, CHE POSSONO GENERALMENTE COMPETERE ALL' UNA, E ALL' ALTRA CURIA, DELLA LEGAZIONE, E DI V.S., LE QUALI VUOLE SUA SANTITA', CHE RESTINO ILLESE, E PRESERVATE PER ALTRI CASI, CHE SUCCEDONO.* (74)

(74) *Sum. primæ proposit. n. 35.*

Sacra Episcoporum Congregatio pro hac jurisdictione.

Anno 1734. Parochus Castri Veteris Ariminen. Diœcesis Mensæ Ravennatis Emphiteuta, interpellatus, ut Investituram renovaret de quibusdam bonis directi Mensæ ejusdem ~~Dominii, eamque~~ nescio quo prætextu recusans, citatus est coram Vicesgerente Archiepiscopali, Confugit ille ad *Sacram Episcoporum Congregationem*, quæ audito Archiepiscopo Instantiam Parochi rejecit: quapropter coactus ille est Tribunali nostro sistere se, ibique comparere, ac tandem Investituram renovare (75).

(75) *NovoSum. n.20.lit.LL.*

Epilogus plurimorum actuum jurisdictionalium per alienas Diœceses exercitorum ab Archiepiscopis.

XXXII. Probatus est huc usque nostræ generalis jurisdictionis usus per ineluctabilia acta, in quibus pugnatum fuisse pro ea tuenda apparet coram supremis Judicibus, ac partibus contradicentibus semperque in Contradictorio, ut ajunt, judicio pronunciatum fuisse constat secundum Ravennatis Ecclesiæ privilegia: quod probationis genus summam rei pertingit apud Jurisconsultos. Super est modo eumdem usum magis, ac magis demonstrare actis illis Judicialibus, Processibus nempe vel Civilibus, vel Criminalibus, vel mixtis, sententiis, executionibus, aliisque similibus, per quæ jurisdictio in subjectos exerceri consuevit. Horum autem infinita propemodum haberemus in promptu, plurium sæculorum spatia, & Diœceses omnes non interrupta serie complectentia; nisi Eminentissimo-

rum

rum Patrum fastidio, hujusque nostræ Dissertationis prolixitati consulendum esset. Epitomen tantummodo aliquot istorum jurisdictionalium Actorum dabunt Jurisconsulti nostri in novo Summario Documentorum (76) cujus Epitomes ex autographis originalibus celeberrimi Archivii Ecclesiæ Ravennatis per nos ipsos efformatæ seriem à sæculo usque XVI. auspicati sumus. Legentibus igitur hanc nostram Epitomen occurret statim luce clarius nostræ jurisdictionis exercitium per omnes Provinciæ Diœceses: occurret etiam levitas interpretationis, qua Faventini Defensores exercitium ejusmodi personare conati sunt nomine jurisdictionis in subditos Castrorum, Feudorumque Ecclesiæ nostræ, cum de tot Locis, ubi acta nostra exercita sunt; de tot Hominibus, in quos sunt emissa, ne Feudum quidem unum, ne unus quidem subditus inveniatur. Item ne amplius nobis perperam objiciatur, jurisdictionis nostræ exercitium Episcopis Locorum ignotum fuisse, eorumque jura non tetigisse unquam; hæc nostra Actorum series, præter ea, quæ huc usque numerata, & exposita sunt, contrarium prorsus, ac pluries evidentissimè demonstrabit, cum omnium fere Provincialium Episcoporum scientiam acta ipsa præseferant, vel cum processum fuerit *contra Loca pia*, vel cum Archiepiscoporum edicta publicè per vias, & plateas Civitatum, & Locorum sono Tubæ indicerentur; vel cum sine facultate Archiepiscoporum procedere contra nostros Officiales nequiverint Episcopi Provinciæ; vel cum eorum Parochi, & Canonici comparverint, confugerint, steterint ad Tribunal nostrum; vel cum Officialibus Episcopalium Tribunalium Inhibitiones Curiæ nostræ fuerint intimatæ; aut cum Ministrorum nostrorum controversiæ avocatæ sint à Tribunalibus Suffraganeorum; sive cum Suffraganei omnes, non excepto FAVENTINO, tuiti sint ipsimet apud Summum Pontificem eandem hanc Archiepiscoporum jurisdictionem; vel tandem cum Ministrorum nostrorum Causæ ipsismet Locorum Ordinariis Ecclesiasticis, ipsismet VicariisEpiscoporum commissæ fuerint ab Archiepiscopis. Omnia hæc, inquam, legentibus Epitomen nostram facillimè occurrent.

(76) *Novo Sum. n.* 20.

Probatur ex Epilogo scientia, & patientia omnium Provinciæ Episcoporum.

XXXIII. Quando igitur jus istud constituendi in alienis Diœcesibus Notarios, aliosque Ministros, atque jusdicendi in caussis omnibus Civilibus, Criminalibus, & mixtis quorumcumque Officialium, Ministrorum, Servorum, Colonorum, Emphiteotarum nostræ Ecclesiæ, ubicumque ij degant in universa Provincia, aut concesserunt Archiepiscopis, aut confirma-

Ab universali jure in tota Provincia arguitur jus in Diœcesi etiam Faventina, & cur?

firmarunt Pontifices Summi, Supremorum Romæ Tribunalium ſanctiones; uſus verò ſeu poſſeſſio plurium ſæculorum prorſus evidens ſit, reſultans tùm ex pactis Inveſtiturarum, tum ex innumerabilibus actibus juriſdictionalibus, probatuſque ſcientia, & patientia omnium Ordinariorum Eccleſiaſticorum, & Laicorum; Neſcimus enim vero, quo ſpeciali titulo, ac ratione Diœceſim ſuam ab hac univerſali lege integram ſervari poſse cenſeat Rm̃us Faventiæ Præſul, iſtamque adeo evidentem, adeo demonſtratam, celebremque Matris ſuæ Ravennatis Eccleſiæ prærogativam tàm acriter impugnare inceperit, & perſeveret. Num illius tantummodo Diœceſim non afficiunt Apoſtolica Diplomata, quæ generaliter ejuſmodi juriſdictionem Archiepiſcopis noſtris tribuerunt? Num in Faventina Dictione, ac Diœceſi nullas Emphiteuſes, Libella, bona, nullos Colonos, Miniſtros, Officiales unquam habuit Eccleſia Ravennas? Nullus adeſt iſtius juriſdictionis uſus, nulla conſuetudo judicia, actuſq; judiciales exercendi in Faventina Diœceſi, nullæ Inveſtituræ, cum pacto Tribunali Archiepiſcoporum ſeſe ſubjiciendi? Næ plurimum hallucinatur, ſi ſi quis talia negaverit, quod nobis modo eſt demonſtrandum.

CAPUT II.

De Juriſdictione Ravennatium Archiepiſcoporum in Civitate, & Diœceſi Faventina.

Comitatus Faventinus omnis erat Eccleſiæ Ravennatis.

XXXIV. IGitur pro certiſſimo ſtatuendum eſt, Archiepiſcopos Ravennates totius fere Comitatus Faventini Dominos fuiſſe, *Tondutius* Faventinarum rerum ſcriptor ſatis celebris (77) aſſeruit, anno 1034. *Gebeardum* Ravennæ Archiepiſcopum ejuſmodi Comitatum fuiſſe adeptum: in quoquidem fortaſſe errat Tondutius; Jam enim uſq; ab Anno 1017. potiebatur eo Comitatu *Arnaldus* Archiepiſcopus, ut ex Diplomate *S. Enrici Imperatoris* inferri poteſt, quod refert Hieronymus Rubeus cl. Ravennatium hiſtoricus (78). Verum quidem eſt, *Ugonem nobiliſſimum Comitem* Bononienſem eo, quem Tondutus ſcribit, anno 1034; Faventino Comitatu Archiepiſcopos vi ſpoliaſse; quare CONRADI CÆSARIS patrocinium implorans Archiepiſcopus *Gebeardus*, poſſeſſionem occupati Comitatus ſibi confirmari impetravit, atque

(77) *Hiſtor. Favent. ad an.* 1034.

(78) *Hiſtor. lib. V. ad an.* 1017.

atque *ab Ugone Comite* restitui: in actu verò restitutionis Gebeardus Ugonem ipsum medietate ipsius Comitatus per modum Emphyteusis donavit. De *Ugonis* occupatione, restitutione, atque investitura nos certiores fecit Autographum Documentum Archivii Archiepiscopalis (79) CONRADI vero Cæsaris diploma datum pridie Kal. Maij anni 1034. Regni decimo, Imperii vero octavo edidit *Joannes Christianus Luningius* (80), atque in eo clarissimis notis legimus concessionem Comitatus Faventini CUM OMNI DISTRICTU SUO, & LEGALI PLACITO, & JUDICIO OMNIBUSQUE PUBLICIS FUNCTIONIBUS. Nos autem addere non dubitamus, etiam longe ante annum 1017. plurima possedisse Archiepiscopos in Comitatu Faventino, ut ex aliquibus Investiturarum Instrumentis, de quibus infra, evidentissimè constat.

(79) *Caps. I. pergam. n.* 4421.

(80) *Codic. Diplom. Italiæ T. II. pag.* 703. & *novo Summ. n.* 17.

Placitum, & Districtus Archiepiscoporum in Comitatu Faventino.

XXXV. In Civitate ipsa *Faventiæ* multis latisque, fundis Ecclesia nostra fruebatur, præsertim PALATIO, HORTIS, & ECCLESIA PROPRIA. DE PALATIO Archiepiscoporum testimonium exhibet Investitura anni 1223. (81), quæ concessa fuit IN PALATIO ARCHIEPISCOPATUS RAVENNÆ, ubi vel residere Archiepiscopi forte consueverant, dum Faventiæ morarentur, vel VICARIJ TERRARUM RAVENNATIS ECCLESIÆ. Quoad *Hortos* vero habemus vetustissimam Emphiteusim sæculi IX. (82) datam anno 891. à Dominico Ravennæ Archiepiscopo *de portione Horti intra Civitatem Faventiæ* cum aliis pluribus Bonis in illa Diœcesi positis *Leoni cuidam, & Reparatæ Jugali cum filiis in Emphiteusim cum pensione novem triantium aureorum insiguratorum* per acta *Constantini Primicerii Notariorum S. Raven. Ecclesiæ*. Anno item 977. Hortus alter Ecclesiæ ejusdem INTRA FAVENTIAM, & *prope Muros Civitatis* concessus fuit *à Petro* Archiepiscopo cuidam Nobili Civi Faventino (83). *De Ecclesia* autem propria legimus, *Gebeardum* Archiepiscopum, quem superius memoravimus, Anno 1043. concessisse *Alberto de Abizzone, & Carundæ Jugalibus, & Filiis, & Nepotibus* (84) *Mansionem unam integram pedeplanam..... &* CUM ECCLESIA S. MARIÆ, QUÆ VOCATUR IN BROILO INTRA CIVITATEM FAVENTIÆ DE JURE SANCTÆ RAVENNATIS ECCLESIÆ, *cum obligatione, quod faciant per Sacerdotes, & Clericos canere Officia Vespertina, & Matutina, & celebrari Missarum solemnia, & cætera Officia, & sub annua recognitione*

Residentia, Ecclesia, & alia bona Archiepiscoporum in civitate Faventiæ.

(81) *Nov. Summ. num. 4. in Epil. Investitur. lit. D.*

(82) *Archiv. Archiep. Caps. G. pergam. n.* 2914.

(83) *Ibid. Caps. F. pergam. num.* 2368.

(84) *ibid. Caps. G. pergam. num.* 2710.

tione Dominii S. Raven. Ecclesiæ solvenda Denariorum sex ... per Acta Gerardi Notarii S. Raven. Ecclesiæ. Iste autem actus concessionis præsefert, ni valde fallimur, quamdam Collegiatæ formam in ea Ecclesia institutæ. Subsistit adhuc Ecclesia *S. Mariæ in Broilo*, quam tamen audivimus, hisce temporibus Parochialem esse. Cæterum sufficiat ista solummodo innuisse Emis PP., ne farraginem documentorum inutiliter consarcinemus.

Origo Notarior. aliorumq; Ministrorum Ecclesiæ Ravenn. in Civitate, ac Diæcesi Faventina.

XXXVI. Porrò quam late adhuc pateat dominium istud Archiepiscoporum in Diœcesi Faventina, facile cognoscetur ex inferius dicendis in explicatione Diplomatum Pontificiorum. Id certum interea est, illud esse amplissimum, longè, lateque ibi diffusum per plurimas Terras, Castra, Villas, & Regiones. Quare si in aliis Diœcesibus Romandiolæ, si in Picæno, si in Sicilia *Diaconos*, *Vicecomites*, *Notarios*, aliosque Ministros Archiepiscopi deputabant, & modo deputant, ad negotia Ecclesiæ suæ peragenda, litesque dirimendas; quid causæ est, cur in Faventina tantùm Diæcesi id ipsum facere nequiverint, aut nequeant? Indubium est tamen fecisse. Verum hic prænotari opus est, ac specialiter animadvertere, latissimam Faventinæ Ecclesiæ Diœcesim millibus fere septuaginta hominum numerosam esse; atque in tanta Capitum turba, in tot pene dixerim innumerabilibus Villis, ex ~~quibus amplissima~~ Diœcesis coalescit, descriptis in Notula typis Faventinis edita, curante ipso moderno vigilantissimo Episcopo, vix duodecim, & ad summum quatuordecim Ministros, præter Colonos, & Emphiteutas, Ravennati Archiepiscopo militare, imo ex his quatuordecim vix duos, vel tres Clericos Faventinæ Ecclesiæ subditos: ideoque mirandum ut cum maximè esset pro tantula causa tam atrociter Metropolitanam Ecclesiam impetere Rmum Cantonium.

Diœcef. Faventina septuaginta milibus Hominum numerosa.

Inter tot milia solummodò quatuordecim suntEcclesiæ Raven. Ministri, quorum duo vel tres, tantum Clerici.

§. I.

De Notariis, aliisque Ministris Archiepiscoporum Ravennatium in Civitate ac Dæcesi Faventina.

Series Notarior. & Ministror. Ecclesiæ Raven in Civitate & Diæc. Faventina.

XXXVII. Ea ipsa methodo, qua in Superiore *Cap. I.* egimus, ubi de generalibus juris nostri per universam Provinciam probationibus actum fuit, Cathalogum *Notariorum*, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ Ravennatis in Civitate Faventiæ, ejusque Diœcesi consistentium, Nos hic quidem non producimus, ne Emos Patres plus justo defatigemus

gemus, coctamque refrigamus crambim, cum inter suas allegationes seriem hujusmodi Officialium daturi sint Jurisconsulti Ravennates in nova hujus controversiæ discussione; verum aliqua notatu digna non possumus, quin brevissime attingamus ad majorem hujusce Argumenti illustrationem.

XXXVIII. Et primò quidem, omittentes Emphiteotarum, & Colonorum initia, quorum certissima est in Diœcesi Faventina sæculo IX. memoria in investituris supra relatis *Dominici* Archiepiscopi an. 891; Notariorum nostrorum in ea Diœcesi nomina, & munera reperiri indubium est à Sæculo usque decimo tertio ineunte, nam ab anno 1209. aderat *Faventiæ Benintappatus Notarius Ubaldi, & Simeonis Ravennæ Archiepiscoporum* (85), Sicque per idem, & cætera sequentia sæcula, usq; ad hoc nostrum, Ravennatium Notariorum aliquem invenient Emi Patres in serie ab Jurisconsultis nostris texenda. Item Vicariorum, Vicecomitum, Castaldionum, Fiscalium, Procuratorum, Nunciorum similes nobis non desunt luculentissime memoriæ. Primi nuncupabantur in Civitate Faventiæ *Vicarii Terrarum S. Ravennatis Ecclesiæ* (86) quam appellationem etiam in aliis Civitatibus retinebant majores Archiepiscoporum Officiales; Anno enim 1333. legimus deputatos *Vicarios, & Vicecomites in Civitatibus Pisauri, & Arimini* (87), & anno 1581. habemus ibidem *Salustium, Bertuccium Vicecomitem Terrarum Sanctæ Ravenn. Ecclesiæ* (88) Vicecomitum item nomen in Civitate Faventina apparet anno 1304. *in Prognolo de Arctio Vicecomite S. Raynaldi Archiepiscopi*, (89) & anno 1312. *in Antonio de Vercellis Cantore Ecclesiæ Raven. Vicecomite cum Salvagno Albertino Castaldione* (90) Descendendo autem per successiva tempora usque ad nostram ætatem, modo *Factores, & Fiscales*, modo *Nuntios, & Notarios*, modo *Judices*, modo *Depositarios* procul dubio invenient in eadem Episcoporum Faventinorum Diœcesi, & descriptos in ea Jurisconsultorum nostrorum serie, si quando Eminentissimi Patres illam lustrare benigno oculo dignabuntur.

Prima Notariorum, & hujusmodi inditia ab anno 1209.

(85) *Sum. n. 4. in Epilog. Investitur. Favent. Lit. D.E.B.F.G.*

(86) *Nov. sum. num. 6. in Epil. act. Lit. C.*

(87) *Sum. prim. proposit. num. 11.*

(88) *Nov sum. num. 20. in Epil. act. Lit. C.*

(89) *Novo sum. n. 4. in Epil. Invest. Favent. lit. K.*

(90) *Ibid. lit. N*

XXXIX. Neque obijci poterit, Notarios nostros, aliosque Ministros fuisse Episcopis Faventinis ignotos; inferius enim demonstrandum veniet, ipsos munere suo functos fuisse coram ipsis Episcopis, *IN PROPRIA EORUM MAJORI ECCLESIA, IN PALATIO EPISCOPALI, CONTRA UNIVERSAM COMUNITATEM FAVENTIÆ, LOCA PIA &c.* Sed modo aliqua de *NOTARIIS APPELLATIONUM* hic attexere opportunum reputamus. Sensum nostrum

Scientia Episcoporum Faventinorum

Notarii Appellationum origo in Diœcesi Faventina immemorabilis.

strum de ejusmodi nuncupationis causa jam *Capite I. n. VIII.* breviter dedimus, nempe comodum, atque utilitatem Appellantium à Suffraganeorum Sententiis, qui ubi Citationes, atque Inhibitiones è Metropoli ipsa sibi expediri prius expectare debebant; moti quandoque residentium inter eos Notariorum Archiepiscopalium vicinitate, illorum opera uti cæperunt in Citationibus, & Inhibitionibus vigore Appellationis expediendis, atque executionis relatione muniendis, tempori, & expensis eo modo parcentes: in quo quidem melius expendendo munere, jurisque regulis adaptando, curam omnem, ut diximus, in Jurisconsultos nostros rejecimus. Verum de tempore, quo præcisè ea *NOTARIORUM AB APPELLATIONIBUS* nuncupatio incæperit, nihil certi habemus, quod affirmare revera queamus. Desunt omnino regesta ad initium usque currentis Sæculi pertingentia, unde notitias haurire, & Documenta desumere valeremus: non quia ea regesta nondum fuerint, sed quia perierunt. Adfuisse regesta, in quibus Officialium Archiepiscopalium nomina, & munera notari consueverant currente Sæculo XVII.; nos docet *Edictum Cardinalis Alterii Archiepiscopi*; quo Ministris omnibus indicebatur, ut infra terminum quindecim dierum eorum Literas patentes registrari facerent in Cancellariæ Libro ad hoc destinato (91).

(91) *Nov. Sum. n. 14. XL. Existentiam.*

XL. Existentiam ejusmodi regestorum, ac simul eorum deperditionem temporibus *Raymundi Ferretti* Archiepiscopi, & quidèm in eis scriptos fuisse Notarios Appellationum, qui Archiepiscopis inserviebant in *Faventina Diœcesi*; testatus est ab anno usque 1723. *Petrus Jacobus Melandri* Sacerdos, & Cancellarius Generalis Curiæ nostræ Metropolitanæ (92). Tandem *Hieronymus Crispus* Raven. Archiepiscopus eodem anno 1723. rescribens *ad hancmet S. Concilii Congregationem*, quæ illum interrogaverat super Notariorum ab Appellationibus deputatione in Castro *Fusignani* Faventinæ Diœcesis, asseveranter protestatus est = *Trovo, che da miei Antecessori si sono sempre spedite patenti per la Provincia di questa Metropoli, E MASSIME DI NOTARO DELLE APPELLAZIONI NE LUOGHI, DOVE LI VESCOVI SUFFRAGANEI HANNO IL LORO PARTICOLAR TRIBUNALE* = producitque varia exempla *Faventinæ*, aliarumque Diœcesium (93). Quapropter omninò dicendum est non primò ab *Raymundo Ferretto* Archiepiscopo commentos esse Notarios Appellationum in Suffraganeorum Diœcesibus

(92) *Sum. prim. proposit. num. 24.*

(93) *Ibid n. 25.*

cessibus sæculo hoc ineunte, quemadmodum arguere visi sunt Faventini; sed Antecessorum ejus tempore incæpisse hoc titulo nuncupari Ecclesiæ Raven. Notarios, qui in iisdem Diœcesibus morabantur. Ex hoc autem certissimi argumenti genere immemorabilis ipsa consuetudo emergit, quæ hominum memoriam transcendit; atque ea etiam evidentior redditur illa Animadversione, nempe quod negari non possit, jam a pluribus sæculis Ecclesiam Ravennatem Notarios habuisse, & habere in Provincia universa, ac præsertim in Faventina Diœcesi, ideoque probalissimum est in ministeriis Metropoliticæ jurisdictionis illos fuisse adhibitos, prout necessitas postulabat. Cujus rei inditium est, citatio Episcopi Faventini ad synodum Provincialem anni 1568. facta in ipsa Civitate Faventiæ per Sylvestrum Bondemannum, Notarium Cardinalis Urbinatis Ravennæ Archiepiscopi. (*)

(*) *Nov. sum. n. 6. lit. Z.*

XLI. Ut hujusmodi invincibili argumento subtraherent se Jurisconsulti Faventini nodum in Scyrpo quæsierunt, atq; superallatis *Hieronymi Crispi*, ejusque Cancellarii Attestationibus notam suspicionis, ac nullitatis appinxerunt; *Crispi* quidem, ut qui in Epistola sua ad sacram Concilii Congregationem, innixum asseruerit Canonum auctoritati jus suum, istos *Notarios Appellationum in Faventina Diœcesi* constituendi, cum potius ejusmodi Notariis obstent omninò Canonum sanctiones, Cancellarii autem attestationi, quia = *hæc & hujusmodi vanitatem redolet* (verba ipsa sunt superiorum Faventini Jurisconsulti allegationum) *nam sepositis juris nostri regulis, ex quibus penitus penitusq; destruitur, quidquid fundamento adductæ attestationis ædificatur, quæ cæteroquin neque nominat asserìos Notarios Appellationum in nostra Urbe, ac Diœcesi fuisse quandoque.* =

Objecta Faventinor. contra Attestationes de immemorabili Notarior. Appellationum origine.

XLII. Miramur enim vero, tali objectionum genere, & in Supremo S. Concilii Tribunali, Archiepiscopis ipsis ignorantiæ notam inuri, publicisque Episcopalium Curiarum Notariis; & Cancellariis fidem detrahi tàm impudenter. Aptissimè profectò nostro quidem sensu Canonum præsidio jus suum vallavit Hieronymus Crispus, atque ipsiusmet *Decretalis Innocentii IV.*, qua toties in Notarios nostros debaccarunt Jurisconsulti Faventini, constitutionem callere se optimè probavit. Nonne enim per Decretalem illam interdictum est Metropolitano Rhemensi, Officiales Appellationum in Diœcesibus Suffraganeorum deputare, nisi illi faveat consuetudo? Nonne ergo ista favente consuetudine Decretalis illa Officiales

Responsio pro attestatione Hieronymi Crispi Archiepiscopi.

ficiales Appellationum permittit? quotiescumque igitur Ravennas Archiepiscopus consuetudinem hanc in Metropoli sua vigere asserit = *Trovo, che da miei Antecessori si sono sempre spedite Patenti per la Provincia di questa Metropoli*, e MASSIME DI NOTARO DELLE APPELLAZIONI NE LUOGHI, DOVE LI VESCOVI SUFFRAGANEI HANNO IL LORO PARTICOLAR TRIBUNALE; (94) cur medius fidius pro jure suo Canonum auctoritatem non alleget Archiepiscopus? cur quia allegat, ignorantia notatur? Argumenta maximi ponderis consuetudinem Metropolis nostræ Crispo Archiepiscopo persuadebant, quæ nos superius innuimus: quibus vero Argumentis eam destruant contrarii Defensores, prorsus non videmus.

(94) *Sum. prim. propos. n. 25.*

Responsio pro Cancellarii attestatione.

XLIII. Quod Cancellarii attestationem attinet, liceat nobis Defensores ipsos interrogare, quibus *Juris Romani Regulis* illa destruatur? vel potius in quo Attestatio isthæc peccaverit contra Juris Regulas? Opportunum sane fuit ad fidem Cancellario detrahendam, juris regulas illi opponere; verum defectus Attestationis detegere, atque describere eos insimul oportebat, per quos juris Romani regulis opponebatur; non vero præteritis sub silentio defectibus, juris regulas generaliter jactare. Attestatio illa est *Sacerdotis fere sexagenarii*, qui ætatem consumpserat in Archiepiscopali Cancellaria, resque illius Curiæ, mores, consuetudines apprimè callebat: Ferretto Archiepiscopo plurimis annis inservierat, ac Regestum, quod testatur sub ipso Archiepiscopo periisse, necessario viderat, ac legerat, cum hujusmodi regesta in Cancellariis custodiantur. Nulla tunc, cum exarata fuit illius attestatio, vertebat controversia super Notarios appellationum inter Archiepiscopalem, & Faventinorum Ecclesiasticam Curiam, agebatur enim solummodo de recursu quodam a *Marchione Castri Fusignani* Sacræ isti Congregationi porrecto contra *Notarium* nostrum ibi deputatum; neque institutum fuerat super ea controversia litigium, neque postea fuit. Quare inopportunum videtur, suspicionis damnare Attestationem post Annos vigintiquinque reproductam, & quæ primò Emos Judices persuaserat, ne quid in jus nostrum decernerent, Recurrentes verò ab ulteriori querela deterruerat. Prætterimus ea Verba contrarii objecti ubi de ipsa attestatione ait = *quæ cæteroquin neque nominat assertos Notarios Appellationum in nostra Urbe, & Diœcesi fuisse quandoque*. Nam sufficit, Attestationem tantummodo inspicere, quæ unice de No-

Notariis appellationum in Faventina Diœcesi loquitur, nominat, ac penè numerat; illa scilicet ad hunc unice finem jurata à Cancellario fuerat, ut *Notariorum ab Appellationibus* in eadem Diœcesi consuetudo apud S. Concilii Congregationem demonstraretur.

Quadragenaria consuetudo deputandi Notarios ab Appellationibus probatur ex literis patentibus Archiepiscoporum.

XLIV. Sed omisso etiam *Immemorabilis* argumento, quadragenariam saltem Consuetudinem constituendorum in Diœcesi Faventina Notariorum ad Appellationes invenerunt Jurisconsulti Ravennates in deputationibus, quas literas patentes vocamus, Raymundi Ferretti Archiepiscopi, incipientibus ab ANNO MILLESIMO SEPTINGENTESIMO SEXTO (95) Eamque quadragenariam Consuetudinem Eminentissimorum PP. examini, jurium suorum præsidiis munitam submittent. Quinimo cum videatur juxta juris sanctiones, acta ista jurisdictionalia initiis Archiepiscopatus Ferretti tribuenda esse, videlicet anno 1692. eo prorsus fundamento, quo in consimili quæstione *cum Ferrariensi Ecclesia* (96) Sacrum Rotæ Tribunal censuit; idcirco supra quadragenariam stabiliri debere arbitramur Consuetudinem Notariorum nostrorum. Verum ista viderint Jurisconsulti.

Munus Notariorum Ecclesiæ Raven. in Diœcesi Favent.

XLV. Quodnam vero foret, ac sit ab primæva origine Notariorum nostrorum munus in Diœcesi Faventina, luculentissime deducitur ex Documentis nostris. Primo itaq; Contractus Emptionum, & Venditionum, si qui fiebant, bonorum nostræ Ecclesiæ, scriptis publicis mandabant. Videatur nova Appendix Documentorum nostrorum n. 5. Secundo Investiturarum Instrumenta per eorum acta conficiebantur, quod patebit ex infra dicendis Investituris Faventiæ concessis n. LIV. Tertio Acta judicialia tum criminalia tum civilia per eorum rogitus efformabatur contra Homines tum Ministros, tum servos, tum emphiteutas nostræ Ecclesiæ in Civitate Faventiæ, & in Diœcesi. Hujus rei innumeras probationes ab anno 1281. ad nostram hanc ætatem deductas dabit Epilogus novæ supradictæ Appendicis Documentorum n. 6., de quo Jurisconsulti Ravennates latius allocuturi sunt Eminentissimos Patres.

(95) *Nov. sum. num.* 8.

(96) *In Raven. seu Ferrar. Jurisdict. super Bono Jure anno* 1738. *coram Emo Crescentio §. Sepositis ergo &c.*

§. II.

De Jurisdictione Archiepiscoporum in Causis Hominum, & Ministrorum Ecclesiæ Raven. in Diœcesi Faventina degentium.

Hæc jurisdictio Archiepiscopor. in Diœcesi Favent. originem habet a Concessione Pontificum & Imperatorum.

XLVI. NOs vero ad privativum jus, quod Archiepiscopi merito sibi asserunt, cognoscendi Causas Hominum suorum etiam in Diœcesi Faventina, orationem nostram convertimus. Id juris in eos derivatum esse contendimus a Pontificia, atque Imperiali liberalitate, tum quia Homines quoscumque, & ubicumque degant, Ecclesiæ Ravvennatis, illius Foro & potestati indiscriminatim subjectos esse voluerunt Pontifices, atque Imperatores; tum quia Faventinæ etiam Diœcesis Homines individualiter, atque expresse sub eadem jurisdictione submisere Pontificum,& ImperatorumSanctiones. Deprecamur itaque Eminentissimos Patres, ut quæ *num. X. ad XXI. CAP. I.* super utrorumque Diplomatibus disseruimus, in memoriam revocare dignentur, scilicet *D. Gregorium Magnum, Paschalem I., Gregorium V., Honorium III., Gregorium IX., Alexandrum, Honorium, & Sixtum Quartos* generali concessione *Placitum, Districtionem, & judiciariam potestatem in Loco, & Homines nostræ Ecclesiæ per omnes Diœceses* Archiepiscopis contulisse, ac præcipue *Synodi provincialis Ferrariæ celebratæ* anno 970. Sanctionem, *Marini, Agapiti, Joannis X., Leonis, & Joannis XIII.* privilegiis ibi examinatis fulcitam, nempe = *Homines, & residentes in Rebus Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ ad nullius Placitum publicum ire debere, NISI AD PONTIFICEM S. RAVENN. ECCLESIÆ IN PERPETUUM STARE... neque ad nullam aliam districtionem, NISI AD ARCHIEPISCOPORUM PLACITUM TANTUM ILLI VENIRE DEBEANT, & IN EORUM DISTRICTIONEM STARE* = Item Otthonis III., Federicorum I. & II., Henrici IV., atque Otthonis IV. Imperatorum à Romanis Pontificibus postea approbatas concessiones, illam præcipue, qua sancitur, ut = *Sui Homines tam in Romania, quam in Marchia JURISDICTIONI SUORUM DOMINORUM SIVE INTER SE AGANT, SIVE CONVENIANTUR AB ALIIS, OMNINO SUBJICIANTUR* = In quibus sane generalissimis privilegiorum verbis, nulli prorsus restrictioni obnoxiis, nemo profecto sui compos negaverit, com-

In generalibus Pontificum & Imperatorum concessionibus comprehendi debent Homines Eccl. Rav. degentes in Diœcesi Faventina.

comprӕhendi debere Homines etiam illos, qui in Faventina Diœcesi sunt constituti: nisi particulare aliquod æqualis ponderis privilegium Faventinorum illis deroget, eorumque Diœcesim ab universali hac lege eximat, excludatque.

XLVII. Verum enim vero, quid dubitatur ulterius? Ipsa Faventina Diœcesis in Apostolicis literis, & comprӕhenditur, & nominatur. Ut autem hujus verissimæ assertionis luci viam aperiamus, duo prænotari opus esse arbitramur. Alterum est, amplissimam Faventinæ Diœcesis portionem in dextro Padi fluminis latere, RAVENNAM AB ARGENTÆ COMITATU venientibus occurrere, *Alphonsinarum* nempe *Territorii Leonini*, *Mezzani*, *Santernæ*, *Gloriarum*, *Savarnæ*, *utriusque*, *Cortinæ*, *Traversariæ*, *Gaudii*, *seu del Godo*, *S. Michaelis Archangeli*, *Villæ novæ*, *aliasque Villas*, & *Fusignani*, *Cotignolæ*, *Balneicaballi*, *Russii* Castra, & Terras, ut cætera omittamus. Alterum vero, quod prænotamus, est, maximam ejusdem Diœcesis partem in Territorio Ravennati distribui, imo millibus tantum ab ea Urbe passibus Diœcesis ejusdem Confinia distare; eaque propter Villas *Plangipanis*, *Cortinæ*, *Savernæ utriusque*, *Villæ novæ*, *del Godo*, *Santernæ*, *Mezzani*, aliasque Faventini Episcopi Ditioni addictas, in Ravennæ Comitatu procul dubio sitas esse.

Diœcesis Faventina expresse nominatur in diplomatibus Pontificum, atque Imperatorum.

Situs Diœcesis Faventinæ.

XLVIII. Porro his prænotatis Pontificiorum Diplomatum verba ad examen appellemus. Gregorii V. (97) verba hæc sunt = *Præterea à Flumine Punctari* (certè illud erat *Padi* Alveus ea tunc regione percurrens) *cum palude Argentæ*..... *UTRASQUE RIPAS cum ædificiis in prædicto Flumine sitis*, *USQUE AD PORTUM MARIS*. Honorii autem III. & IV., Gregorii IX., Alexandri IV. & Sixti IV. Diplomata sic loquuntur = *Comitatum Argentæ*..... *Cum Placito*, *Districtu*, & *omni jurisdictione à principio Comitatus Argentæ usque Ravennam* = Imperialium Privilegiorum sensus omnino Pontificiis cohærent = *Confirmamus etiam ipsi Archiepiscopo*, & *ejus Ecclesiæ Districtum Ravennæ cum portis*, *ripis*, & *portubus*.... *etiam* OMNEM POTESTATEM IN OMNIBUS INFRA, & EXTRA CIVITATEM RAVENNÆ.... *Confirmamus etiam Comitatum Argentæ cum Pado*, & *ripis*, & *paludibus à Comitatu Argentæ usque Ravennam*.... *Item Imperiali auctoritate confirmamus*, & *firmiter corroboramus jam dicto Principi nostro Archiepiscopo Ravennæ*, & *suæ Ecclesiæ totum*, & *integrum Comitatum Argentæ*... CUM HOMINIBUS SUIS, & *quidquid Ecclesia Ravennas habet in ipsa Plebe*, & *in Libolla*,

Situs Diœcesis Faventinæ nominant Bullæ Pontificum Gregorii V., Honorii III. & IV. Gregorii IX. Alexandri IV. & Sixti IV.

(97) *NovoSum. Rav. n. 16.*

& *in*

& in alias Capellas ipsius Comitatus, *& HOMINES cum Placito videlicet*, *& Districtu*, *& cum omni jurisdictione cum Pado*, *Ripis à principio Comitatus Argentæ usque Ravennam sicut ipse Ubaldus Archiepiscopus*, *vel ejus Antecessores juste hactenus habuerunt*, *& possederunt* (98) Ergo Romani Pontifices, atque Imperatores, qui judiciariam potestatem Archiepiscopis concesserunt in suos Homines *à principio Comitatus Argentæ in utraque Padi Ripa usque Ravennam*, *atque intra*, *et extra ipsam Ravennæ Urbem*, *& in ejus Territorio in omnibus*, amplissimam consequenter Faventinæ Diœcesis partem comprehenderunt, quæ inter Comitatum Argentæ, & Ravennam jacet in dextera Padi Ripa, & longè latèque dilatatur per ipsum Ravennæ Territorium, ac penè usque ad Civitatis Portas.

(98) *Ughellus Ital. Sac. in Archiepis. Ravenn. num 79.*

Pontificum, & Imperatorum Diplom. concedunt in Episcopatu, & Comit. Faventino DISTRICTUM *& Placitum Archiepis. Ravenn.*

XLIX. Adde Pontifices Summos, ipsosque Imperatores non tantum sub allatis verbis, sed etiam sub ipso *Faventini Comitatus & Episcopatus* nomine, Loca, & Villas aliquot numerando, hac jurisdictione Ecclesiam nostram donasse: Legimus enim in Diplomatibus Honorii III., & IV., Gregorii IX., Alexandri IV., & Sixti IV. = *In Episcopatu Faventino Castrum Aurioli*, *Castrum Taibani*, *& Villam S. Potiti* ... *In Territorio Ravennæ Rovedulam*, *Villam S. Pancratii*, *Villam S. Arcangeli*, *Villam Ruffii*, *& Cabaii* (legendum *Gaudii*) *Castrum Casæmuratæ cum Curtibus*, *jurisdictione*, *& pertinentiis suis* (99) non ajunt in Diœcesi Ravennæ, sed in Territorio, ubi sitæ sunt villæ *S. Michaelis Arcangeli in Lanzamacho*, *Ruffii*, *Gaudii*, seu *del Godo*, quæ Plebs est *S. Stephani in Tugurio*, in qua *villa nova* cum aliis Diœcesis Faventinæ. Ideo vero hanc animadversionem addimus, quia Contrarii Jurisconsulti in præteritis allegationibus præ oculis solummodo habuerunt *Castra Aurioli*, *& Taibani*, de quibus tamen infra.

(99) *Ughel. In Symeone Raven. Archiepisc.*

L. Audiamus modo Imperatores, & præcipue *Conradum. II.* Gebeardo Ravennæ Archiepiscopo, quemadmodum initio hujus *Cap. II.* monuimus, restitui curavit *Conradus*, suisque Literis confirmavit COMITATUM FAVENTINUM *cum omni Districtu suo & legali Placito*, *& Judicio*, *Omnibusque publicis Functionibus* (100) Hujusmodi vero concessionem *Conradi* ratam habuerunt Fridericus II., Henricus IV., atque Ottho IV. suprarelati, qui Imperiali Diplomate privilegia Ra-

(100) *Novo Summ. n. 17. ex Christ. Lunig. Cod. Diplom. Ital. tom. 2. pag. 702.*

Ravennatium Archiepiscoporum firmarunt *ad instar nostrorum Prædecessorum Conradi, & Friderici Romanorum Imperatorum.* Præterea usi sunt ipsi quoque Imperatores iisdem verbis, quibus Episcopatum Faventinum indicaverant Rom. Pontifices, nempe „ *in Episcopatu Faventino Castrum Aurioli, Taibani, Villam S. Potiti . . In Territorio Ravennæ Villam S. Archangeli, Russii Cabai*, vel Gaudii &c. (101) ubi olim, animadvertas Diplomati Frederici, ab Ughello n. 79. relati, subscripsisse *Rambertum* Faventiæ Episcopum, tamque Testem. Quod autem Pontifices Summi hæc Imperialia in nostram Ecclesiam benevolentiæ argumenta admiserint, atque apostolica potestate convalidarint, legenti Pontificias litteras apertissime patebit.

(101) *Ughel. in Archiep. Ravenn. n. 79. & n. 85.*

LI. Nam Papæ omnes, quos superius nominavimus ab Honorio III. anno 1224. ad Sixtum IV. anno 1472. statuerant; ut quæcumque Ecclesiæ Raven. obvenerant *Concessione Pontificum, largitione Imperatorum Regum Principum firma ipsi Ecclesiæ, & illibata permanerent* (102) Omnium ultimus Leo X. Pont. Max. anno 1517. Nicolao Card. Flisco Ravennæ Præsuli nostræ Ecclesiæ renovavit, ~~& confirmavit~~ amplissimo Diplomate = *Cudendi monetas, necnon quascumque alias*, ETIAM QUANTUMCUMQUE MAJORES CONCESSIONES, *donationes, gratias, & privilegia, & indulta Ecclesiæ Ravennat. tam conjunctim, quam divisim* PER ROMANOS PONTIFICES PRÆDECESSORES NOSTROS, AC IMPERATORES, & REGES, AC PRINCIPES QUOSCUMQUE, QUOMODOLIBET CONCESSA, QUORUM OMNIUM, NECNON QUARUMCUMQUE LITERARUM, & SCRIPTURARUM DESUPER QUOMODOLIBET CONFECTARUM TENORES .... ET IN EIS CONTENTA QUÆCUMQUE, ETIAMSI IN USU NON SINT &c. Ipsissima verba sunt Leonis X. confirmantis (103), quorum amplitudinem, ac robur velim serio animadvertant Faventini Jurisconsulti, pariterque tempora observent, quibus hæc omnia diplomata prodierunt.

Romani Pontifices confirmant Imperatorum privilegia.

(102) *Ughel. in Simeone Raven. Archiep.*

Amplissima Leon. X. confirmatio.

(103) *Archiv. Archiep. Tom. 36.*

LII. Qui sane doctissimi Viri, pondus sentientes Pontificiæ Auctoritatis, Jurisdictionem hanc Ecclesiæ nostræ tribuentis tam in universa Provincia, quam specialiter in *Episcopatu Faventino*, novum enim vero, ac mirabile effugium tentarunt, ut veritatis adeo manifestæ occursum evaderent. Statim

Jurisdictio Archiepisc. a Pontificibus, & Imperatoribus concessa in Diœcesi Faven. non est Jurisdictio Feudalis, seu merum, & mixtum Imperium in Feudis Eccl. Raven.

tim ac igitur Apoſtolicas ſanctiones ſibi objici cognoverunt, coram Eminentiſſimis PP. declamarunt = *quid nobis cum Bullis S. M. Honorii III., quid cum altera Alexandri IV., ac altera Sixti IV.? finimus ultro, ut ſi quam & SPIRITVALEM, & TEMPORALEM HABENT IN SUIS FEUDIS, ETIAM IN ALIENA DIÆCESI SITIS JURISDICTIONEM LIBERE EXERCEANT* = (104) Gratias habemus, & referimus quamplurimas humaniſſimis Juriſconſultis, qui dignentur *ultro ſinere, ut Archiepiſcopi noſtri* JURISDICTIONEM SPIRITVALEM LIBERE EXERCEANT *in eorum Feudis* ETIAM IN ALIENA DIÆCESI SITIS. Verum id ne excogitarunt quidem, nec modo excogitant Ravennates Archiepiſcopi. Id unum ab eruditiſſimis Viris enixe petunt, num arbitrentur, univerſum illud ſpatium, quod a Comitatu Argentæ in utraque Padi Ripa, Ravennam uſque, imo uſque ad Mare, dilatatur fuerit unquam Ravenn. Eccleſiæ Feudum? num quod intra, & extra Ravennam jacet, & territorium ejus, noſtrorum Archiepiſcoporum ſubjacuerit unquam mero, ac mixto Imperio? An maximam Ferrarienſis Comitatus partem, quæ ſiniſtram Padi ripam occupat ab Argenta uſque Ravennatium confinia: An Caſtra *Ruſſi*, *Balneicaballi*, *Fuſignani*, *Villas S. Stephani in Tugurio*, *ſeu Gaudii*, *S. Michaelis Archangeli in Lanzamacho*, *Villæ novæ*, *Savarnæ*, *Santernæ*, *Alphonſinarum*, loca omnia Faventinæ Diœceſis, quibus referta eſt dextera Padi ripa, numeraverit unquam Eccleſia noſtra inter Feuda, ab Imperatoribus, & à Pontificibus tot ab hinc ſæculis conceſſa? Reſpondeant acerrimi Defenſores Faventinorum jurium, an tot illi Comitatus, in quibus impugnatam hanc juriſdictionem Pontifices, & Imperatores conceſſerunt, atque in eorum Diplomatibus memorantur cum *Placito*, *Diſtrictione*, *judiciali juriſdictione*, *ac omni poteſtate*, Comitatus *Piſaurenſis*, *Ariminenſis*, *Forolivienſis*, *Cæſenatenſis*, *Comaclenſis*, ac centum alii, & præcipue *Ferrarienſis*, ac *Ferraria* ipſa pro Feudis Ravennatium Præſulum habiti unquam fuerint?

(104) *Reſtric. Faven. Facti & Juris inprima Propoſit.*

Caſtrum Aurioli, Villa S. Potiti, Ruſſium &c. non erant Feuda Archiep. tempore privilegiorum conceſſorum.

LIII. Videant quæſo cl. Viri, quod nam in monſtrum, ac prodigium eorum declamatoria Pontificiorum ſenſuum interpretatio incidat infœliciſſimè! Sed fortaſſis quia in Faventino Epiſcopatu Caſtrum *Aurioli*, *& Taibani*, *& Villam S. Potiti* invenerunt, illis in mentem ſubiit de temporali juriſ-

dictio-

dictione commentum, non attendentes ad reliqua infinita Diœcesis Faventinæ Loca, quæ dubio procul sub ejusmodi interpretatione cadere nequibant. Verum enim vero etiam super ipso *Aurioli* Castro, si Faventinas historias calluissent, illis dubitandum erat.. (De Taibano nullam notitiam usque adhuc reperire datum est, imo erratum credimus in vocabulo, forte enim illud est villa *Trebbii*, unita Plebi S. Stephani in Tugurio usque ab Sæculo XVI..) *Auriolum* siquidem, defuncto *Philippo Fontana* Ravennæ Præsule anno 1271. in Faventinorum potestatem cessisse, narrat Tondutius eorum historicus (105) Usurpatum sequenti sæculo ab Ordelaffis, Forolivientium Tyrannis, Faventiæ restituit Galeatius Manfredius: huic Florentini, Florentinis denuo Manfredius abstulit: tandem Sedis Appstolicæ jussu solo æquatum omnino fuit. Ecclesiæ igitur Ravennati nihil imperii à pluribus sæculis, sed dominium, quod vocant directum, solummodo remanserat super domibus, ac terris *Aurioli*; idcirco etiam jurisdictio in suos Emphiteutas, & Officiales, qua revera usi sunt Archiepiscopi post occupatum à Faventinis Auriolum, quemadmodum videri potest in Criminali Processu Faventiæ acto anno 1360. contra Bulgarinum quemdam per *Vicarium Terrarum S. Ravennatis Ecclesiæ* (106). Hæc de Auriolo Tondutius, qui etiam de Castro *Russii* scribens (107) narrat, illud Villam fuisse semper Faventini Comitatus, ab Astorgio II. Manfredio muris circumdatum, & Faventinorum ditioni perpetuo addictum. Villam autem S. Potiti Ravennatium Archiepiscoporum jurisdictioni temporali subjecisse non negamus; Sed illam cum Terra *Lugi* Marchiones Estenses possederant, vel vi, vel titulo Vicariatus multo jam tempore, donec annuente, & approbante Nicolao V. Summo Pontifice, illius Imperium Estensibus cesserunt omnino Archiepiscopi, sibi reservatis Terrarum Decimis, Canonibus, & hujusmodi fructibus. Quapropter cum *Sixtus IV.* confirmavit an. 1472. Ecclesiæ nostræ *Placitum*, & *Districtum* in villa Sancti Potiti, hæc diu ante in Feudum transierat Marchionum Ferrariæ. De quanam igitur jurisdictione intelligenda erit Sixti IV. Confirmatio in ipsa Villa, nisi de jurisdictione in Emphiteutas, & Officiales?

(105) *Faven. hist. par. 2. ad ann. 1271. & seq.*

(106) *Novo Summ. num. 6. in Epil. actorum Faven. lit. C.*

(107) *Tondut. par. 3. ad ann. 1457. & 1510.*

Probat. Observantia Pontificii privil. in Diœcesi Faventina ex Investituris bonorum Emphiteut.

LIV. Plurimas alias animadversiones congerere hic possemus contra ineptam Adversariorum nostrorum interpretationem

nem super allatis Summorum Pontificum Concessionibus: Sed pro cæteris omnibus, quas omittimus, descendat modo in arenam Observantia ipsa, vera Legum, ac Privilegiorum omnium interpres. Ad hanc ergo demonstrandam accedunt ea omnia Argumenta, quibus *in Cap. I.* usum probavimus, & exercitium jurisdictionis Archiepiscoporum in universa Provincia. Horum primum à pactis conventis Investiturarum ortum habere ibi diximus; & pacta eadem conventa reperimus in investituris Bonorum nostræ Ecclesiæ Emphiteuticorum, quæ in *Faventina Diæcesi* sita, in emphiteusim, libellum, coloniam, locationem concedebantur; nam in iis quoque Livellarii, Emphiteutæ, Coloni tum *Laici*, *tum Ecclesiastici Faventini*, data fide, pollicebantur, se Foro Archiepiscopali obedientiam præstituros tum inCivilibus, tum inCriminalibus.

Pacta Investiturarum de Subjiciendo se Tribunali Archiepiscoporum.

LV. Ergo aliquot Faventinarum Investiturarum synopsim, quam nosmet ex ipsis autographis instrumentis confecimus, dabunt EE. PP. Jurisconsulti nostri (108). In illis autem apertissime apparet, Livellarios, atque Emphiteutas solemniter promisisse *ab Anno usque 909.* non subtracturos se DE DISTRICTIONE, & DOMINATIONE ARCHIEPISCOPORUM, AUT EORUM OFFICIALIUM, & anno 1126., & 1292. Se non ituros AD ALTERIUS PLACITUM, VEL DISTRICTUM, NISI AD ECCLESIAM RAVENNÆ, prout *Abbas, & Monaci S. Benedicti in Bifurco*, seu *in Alpibus* polliciti sunt, atque in Investituræ Renovatione confirmarunt: quod pactum omnes alii per singulas Investituras ratum habuerunt. Notandi erunt etiam in hisce Investituris modo *Benintappatus Faventiæ Notarius jussu Domini mei Archiepiscopi scripsi* in quatuor Instrumentis repetitus, modo *Henricus Faventiæ Notarius*, modo Prognolus *Vicecomes, & Nuncius in Diæcesi Faventina Archiepiscopi Ravennatis*, modo in Civitate ipsa Faventiæ PALATIUM Archiepiscopale. Porro infinita propemodum adduci possent hujusmodi Investiturarum exempla successivis temporibus in renovationibus repetita; Sed quæ in allata Synopsi exhibentur, sufficere enim vero possunt pro non levis ponderis argumento de vetustissimo Ecclesiæ nostræ Privilegio, ejusque observantia.

(108) *Novo Summ. n. 4.*

Ea pacta inveniuntur ann. 909.

Notarii, Vicecomites, & Residentia Archiepiscop. Raven. in Civit. Favent.

LVI. Nobis modo transeundum est ad fortiora argumenta,

ta, nempe ad actus ipsos jurisdictionales in Civitate, & Diœcesi Faventina, & contra Diœcesanos Faventinos, Officiales, Colonos, Livellarios, Emphiteutas Ecclesiæ Ravennatis Laicos, & Ecclesiasticos ab Archiepiscopis nostris, seu ab eorum Vicariis, Vicecomitibus, Judicibus per plura Sæcula exercitos. Porro ne faraginosa enumeratione nauseam Eminentissimis Patribus fortasse creemus, actus istos, qui ab anno 1281. initium ducunt, in Epitomen redegimus; quam typis impressam coram Sacra Congregatione producent Jurisconsulti Ravennates (109). Nos autem, ne quæ latiori stylo ipsi ratiocinabuntur, inutiliter hic repetamus, aliquod tantummodo istius Epitomes brevissimum specimen attexímus, ne eo etiam invincibili prorsus argumento exercitium jurisdictionis, de quo agimus, defraudare hic videamur.

Acta jurisdictionalia Archiepiscoporum ab an. 1281. in Civitate & Diœcesi Faventina in suos Homines, ibi degentes.

(109) *Novo Summ. n. 6.*

LVII. Et primo quidem in Epilogo isto animadvertenda venit actorum hujus jurisdictionis series per sex usque sæcula continuata, per tria quidem priora interrupto ordine, & dissitis inter se intervallis, ob nimiam ætatem, quæ rara admodum, ut antiquitatis amatores non latet, nobis reliquit monumenta manuscripta, atque autographa; sed per tria posteriora sæcula non interrupto ordine, & chronologico perducta ab *Fyliasio Roverellio*, qui *anno* 1474. Archiepiscopatu potitus est, per omnes ad unum Archiepiscopos usque ad modernum præstantissimum Præsulem *Ferdinandum Romualdum Guicciolum*. 2. In singulis fere hujusce Epitomes actibus invenient Eminentissimi Patres, vel ipsum Archiepiscopum, vel ejus Vicarium, vel Notarium, vel Judicem, Nuncium, Villicum, Procuratorem, aut alium Ministrum, qui in Diœcesi Faventina jurisdictionem exerceat. 3. Præsentibus Faventinis Episcopis, & non solum in ipsa eorum Civitate, sed in Majori eorum Ecclesia, in eorum Palatio, hæc acta tum civilia, tum criminalia celebrari quandoque consueverunt: imo in Caufis Criminalibus ibi processum fuit SECUNDUM FORMAM CONSTITUTIONUM S. RAVEN. ECCLESIÆ. 4. Pœnas excomunicationis non raro comminatas legimus, ac per cedulas intimatas in Diœcesi Faventina damnificatoribus, & occupatoribus bonorum nostræ Ecclesiæ: tum Citationes, & edicta Tribunalis Archiepiscopalis Parochialium, & Monasteriorum Faventinorum valvis per publicos Nuncios affixas: tum non solum contra Laicos, sed contra etiam Ecclesiasticos, Moniales, Regulares, Canonicos, Parochos, ac simplices Sacerdotes, qui aut nostræ Ecclesiæ erant Emphiteutæ, aut Bona occupabant,

Continuata per sex fere sæcula.

A Fyliasio Roverellio Archiep. perducta ordine chronologico per omnes Archiepiscopos usque ad Modernum Præsulem.

Scientibus Episcopis Faven., & facta juxta constitutiones Eccles. Raven.

Executa in locis pia, Ecclesiasticos Sæculares, & Regulares tam civili, quam criminali judicio.

aut Archiepiscopis inserviebant tanquam Ministri, tam civiliter, quam criminaliter fuisse plurimis vicibus animadversum.

Diœcesani Faventinori Laici, & Ecclesiastici vel ultro recognoscunt in Archiep. Rav. hanc jurisdictionem vel coacti Romanæ Curiæ Legibus.

LVIII. Quinto Diœcesanos, ac Cives ipsos Faventinos Laicos, & Ecclesiasticos jurisdictionem istam in Archiepiscopis agnovisse, illique se ultro subjecisse, Epilogus iste ubique docet; & si quando nonnulli ex illis declinare tentarunt Forum Archiepiscopale, vel ipsimet postmodum à declinatione hujusmodi recesserunt, eidemque Foro subjectionem professi sunt, vel per *Decreta Summorum Romæ Tribunalium* ad eam subjectionem fuerunt coacti. Huc accedit, Vicarios Archiepiscopales contra quoscumque Livellarios, & Emphiteutas, & Ministros Ecclesiæ Ravennæ, etiam cum ageretur de Causis Faventinorum Hominum, proclamatos esse, atque approbatos *Judices in Causis hujusmodi Ordinarios*, non solum in Curia Cardinalium Provinciæ Legatorum, sed etiam pluries in Curia Romana. Et hujus quidem Decreta non semel contra semet ipsum expertus est anno *1646. Justinianus Severolius Patritius Faventinus*, qui coram Archiepiscopi Vicario citatus ad restituenda quædam Latifundia de jure Cimiliarchiæ Cathedralis Ravennaten., frustra Tribunal nostrum bis declinare tentavit, atque Judicium ad Urbis Judices avocare, nam per totidem Auditoris Cameræ sententias Vicarii Archiepiscopalis Judicium subire est coactus. E contra anno 1728. Joseph Benedictus Clericus, item nobilis Civis Faventiæ, à Datiariis Cæsenæ impetitus una cum Ignatio Mustiolo è Cæsenatico, Tribunalis nostri Ravennatensis præsidio tuitus est Causam suam, quam frustra ad S. Boni Regiminis Congregationem amandari curarunt Datiarii Cæsenæ, duplici Signaturæ Justitiæ Decreto ad Forum nostrum rejecti. Alias Signaturæ ejusdem, secretariæ status, summique Pontificis sanctiones mox infra innuemus.

Binæ sententiæ Auditoris Cameræ Apostolicæ an. 1646.

Item Signaturæ Justitiæ an. 1728.

Omnis generis acta judicialia continuantur.

LIX. Sexto in eadem Epitome sæpissimè occurrunt compilati Processus, captæ judiciales possessiones Bonorum, ejecti injusti occupatores in ipsa Diœcesi Faventina: Judices etiam ibi expresse ab Archiepiscopis deputati: Confines bonorum statuti, ac positi: solemnes accessus, & peritiæ, sequestra, præcepta, examina Testium; ita ut per singulas fere lineas jurisdictionalia acta compareant, atque ideo inutile, ac prolixum nimis videatur omnia enumerare.

Probatur scientia, & patientia Episc. Faven.

Septimo denique scientia, ac patientia Faventinorum Episcoporum Epitomes nostra centies demonstrat, tum quia coram ipsis aliquot ex actibus istis in Majori eorum Ecclesia exer-

exercita fuere, ut superius diximus, tum quia publicè, *& SECUNDUM FORMAM CONSTITUTIONUM St RAVENNATIS ECCLESIÆ* judicia nostra in Faventina Urbe celebrabantur *A VICARIIS TERRARUM S. RAVEN. ECCLESIÆ* ibi residentibus, cum Residentia propria, & Ecclesia, & Notaris, & Procuratoribus; tum quia eorum Canonici, Regulares, Parochi, Monasteria publicè, & palam Faventiæ, & in Diœcesi citabantur, atque in Judicium Ravennam vocabantur. Tum quia demum non semel Ministrorum nostrorum Causæ Vicariis Episcoporum committebantur, & Episcopi, & ipsorum Vicarii facultatem ab Archiepiscopis deprecabantur procedendi in ejusmodi Ministros; atque ad libitum Archiepiscoporum pænas illis infligebant; nec defuerunt, qui apud Romanum Pontificem tuerentur istam ipsam Ecclesiæ nostræ jurisdictionem in Ministros Archiepiscoporum, in alienis Diœcesibus degentes; & qui honori tribuerent, Clericos suos ministerio Archièpiscoporum dignari.

Propugnatur Epilogi novi Summarii Rav. Eccles.

LX. Hæc omnia Epitomes nostra Eminentissimorum Patrum oculis exponit, veluti totidem luculentissima, incontrovertibilia argumenta, quibus ad evidentiam usque impugnatæ Jurisdictionis exercitium demonstrabitur. Audivimus tamen, a cl. Jurisconsulto pro Faventinis juribus scribente, Epitomen nostram, imo alias omnes, quas in novo nostro Summario dabimus, non omnino probari, ut pote quæ illegalitatem sapiant, & gratuitam assertionem Compilatoris, cum potius Documenta ipsa, & integra, & authentica & Sacræ Congregationis, & Faventinorum Defensorum considerationi forent exponenda. Quidquid ergo sit de ejusmodi voce; Eminentiss. & Æquissimos Judices humillime deprecamur animadvertere, nos non sponte, sed penè vi ad Epitomes illas efformandas processisse; cum enim nova Documenta, in defensionem Jurium nostrorum recens inventa in Archiepiscopali Archivo, absque numero essent, aliqua vero eorum nimis prolixa, ac fastidio plena; verendum erat, ne pro Summario, vastæ molis Tomum daremus. Hinc immensæ in eorum impressione expensæ, quibus quoad fieri poterat, erat parcendum: hinc ab Eminentissimis Patribus nauseosa tot Judiciorum lectione plus nimio defatigandis obsequium, & reverentia nos absterrebant.

Similes Epilogi in eadem controversia cum Ecclesia Ferrar. fuerunt a S. Immun. Congregat. atque a S. Rota admissi.

LXI. Animum insuper nostrum alliciebat ad improbum opus spes quædam, celeberrimi Archivii Ravennatis Ecclesiæ jam septemdecim annos Præfecto, Sacerdoti, non Ravenna-

 tensi,

tensi, idcirco nimio Partium studiis non obnoxio, detrahi fidem non tam facile debere, Homini licet crassæ minervæ, & inerudito, tamen apud literatos, & illustres viros non ignoti nominis. Accebebat notitia, & quidem certissima, similibus Actorum, Instrumentorumque Epilogis propugnatam fælici Auspicio alias fuisse eamdem met Archiepiscoporum Jurisdictionem. Cum enim illam acerrima oppugnatione anno 1706. impeterent Episcopi Ferrarienses coram Sacra Congregatione super Immunitate, ejusdem generis epilogis, etiam sine prævia compulsatione, aut Citatione contentus fuit Sacer ille Purpuratorum Senatus (*) & pro Ferretto Ravennæ Archiepiscopo pronunciavit. Similes Epilogos pariter admisit Sacrum Rotæ Tribunal anno 1747., omnibusque suffragiis jurisdictionem istam lata sententia Ecclesiæ nostræ adjudicavit contra eosdem Ferrariæ Præsules; quos inter Epilogos nostri quoque locum habuerunt (*) absque eo quod neque Sacri Judices, neque Ferrarienses Jurisconsulti de eorum sinceritate, aut de fide nostra vel minimum suspicarentur, licet absque Originalium compulsatione. Cæterum Faventinorum mussitationibus, qualescumque eæ sint, indulgentes, ipsamet autographa Documenta, Processus, & acta integra, quæ in Epilogo contraxeramus, cum opportunè Romam attulerimus, penes Illustrissimum ac Reverendissimum Sacræ Congregationis Secretarium deposuimus, ne suo examini surrepta fuisse Faventini ipsi cavillentur.

(*) *Hæc constant ex folio S. Congr. Romana Rotæ exhibito in Summar. an. 1747. n. 65.*

(*) *Ibid. n. 65.*

Diluuntur criminationes quibus in antecedenti Controversiæ propositione impetitus fuit Raven. Archiepiscopus.

LXII. Finis Dissertationi nostræ dandus hic esset, nisi in mentem redirent duo objecta, seu potius Criminationes, quibus in prima hujus controversiæ disquisitione Ravennates Archiepiscopos, & modernum præcipue, injuria impetitos legimus, quas omnino necesse est diluere. Harum accusationum altera erat, turbas magnas, vehementesque motus in Diœcesi Faventina, ac perturbationes fuisse commotas per hasce Ministrorum Deputationes, ac per judicialia acta ab ipsis exercita: quapropter Episcopos Faventinos *ubi primum anno 1716., & præsertim solertissimus hodiernus Episcopus superioribus annis, vel solam Notarii Appellationem rescivere statim nulla interposita mora reclamare cæpisse, & controversias instaurasse* (110). Accusationum secunda erat, modernum Archiepiscopum manus apponere tentasse Causis primæ Instantiae Subditorum Episcopi Faventini, licet suorum Hominum Causæ non essent; & gravissimum facinus probare authumarunt nescio qua attestatione data *in numero unico Summarii*

(110) *Restr. Faven. respons. Facti & Juris n. 18.*

marii in præterito contrario Restrictu Responsionis Facti, & Juris.

LXIII. Quoad priorem accusationem, quæ ideo conficta est procul dubio, ut apud Justissimos Judices, & Jurium Ecclesiasticorum vindices in invidiam inducatur Ecclesiæ nostræ privilegium, atque majestas; respondemus, falsum omnino esse quidquid de hisce turbis, motibus, perturbationibus decantatur, nullo enim unquam tempore, nullis sub Faventinis Episcopis turbæ vel minimæ, & ne turbarum quidem suspicio in Faventina Diœcesi commota est. Unum ergo saltem, vel alterum jactatarum perturbationum casum nobis indicent rigidi Accusatores, adducant, inclament coram Eminentissimis Patribus, si quem habent. Unum solummodo habent medius fidius, atque idem ille est, propter quem commota est tempestas isthæc contra Ravennatem Ecclesiam, processum nempe contra *Joannem Baptistam Barbettum* in Castro Russii Mensæ Archiepiscopalis Exactorem Canonum, & homicidii Reum. Verum & illud quoque processum injuria decantant. Nonne *Vicario Episcopi Faventini in Castro Russi* Causam hanc commissam voluerat Archiepiscopus Ravennas? Nonne literas Commissoriales per nos met exaratas, & scriptas ipsi Vicario expedierat? Cur renuit Vicarius Archiepiscopales Vices? Cur ei prohibitæ fuerunt ab Illustrissimo Faventiæ Episcopo? Num quia Vicarius delegationem suam non admiserat, juri suo, ac privilegio renunciandum erat ab Archiepiscopo?

Nunquam Archiepiscopi perturbationem vel minimam excitarunt in Faventina Diœc.

Vicarius Foraneus Castri Russii recusavit vices Archiepiscopi in causa Barbetti Exactoris Can. Eccl. Raven.

LXIV. Hic vero placeat Eminentissimis Patribus super hac ipsa *de Barbetto* controversia; quæ argumentum est tertii Dubii à Curia Faventina S. Congregationi propositi, placeat, inquam, animadvertere, Curiam ipsam sibi spectasse authumare jus contra *Barbettum* instituendi processum, nam is fuerat *Exactor Canonum Ecclesiæ nostræ*, ideoque privilegio Fori donatus; nisi enim eo privilegio muniretur, quid ad Curiam Episcopalem de mero Laico? Attamen cum non Archiepiscopus solummodo, sed etiam Eminentissimus Cardinalis Æmiliæ Legatus processum contra Canonum Exactorem, quisque pro sui Tribunalis prætenso jure procederet; tamen Curia Ecclesiastica Faventina non contra Legatum, sed contra Archiepiscopum exarsit, bellum civit, acerrime pugnavit. Quid istud monstri est? Censuit ne potiora, & meliora jura Legationi esse, quam Archiepiscopo? Erravit enim vero. Nam Signatura Justitiæ lato rescripto sub die 18. Decembris 1748. Causam *Barbetti* Archiepiscopo adjudicavit Procuratore non solum

Curia Legationis Romandiolæ tentat procedere contra eumdem Exactorem Canonum, Episc. Fav. patiente, licet Reverendis. frueretur privilegio Fori.

Signatura Justitiæ, causam Exactoris suprad. judicat Archiepisc. Raven.

lum Legationis, sed Fisci Generalis in cassum contradicente (111). Quod autem dubium omne penitus abradit, id sane est, quod Eminentissimus Legatus speciales facultates sibi impetrandas esse cognovit, ut validè contra Officialem istum Archiepiscopi, licet alterius Diœcesis actus suos prosequeretur; & revera illas petiit, àtque consequutus est a Summo Regnante Pontifice, sed qua reservatione, qua conditione viderint Jurisconsulti Faventini = *La Santità Sua* (verba sunt Epistolæ Secretariæ Status ad Eminentissimum Oddium Æmiliæ Legatum die 27. Novembris 1748.) *si è degnata di secondare l' Istanze, che ha fatte l' E.V., acciocbe LE SIANO ACCORDATE LE FACOLTA', CHE POTESSERO FARL E BISOGNO per far procedere liberamente dal suo Tribunale contro il detto BARBETTI UCCISORE, NON OSTANTE, CHE IL MEDESIMO SIA PATENTATO DI COTESTA CURIA ARCIVESCOVILE, ordinandomi la Santità Sua di porgerlene in vigore di questa la Concessione: Bensì desidera Sua Beatitudine, che NEL FAR USO DI TAL FACOLTA', SI PRATICHINO TUTTI QUE' MAGGIORI RIGUARDI DI CONVENIENZE, CHE SONO DOVUTI A MONSIGNOR ARCIVESCOVO, e ch' è sua intenzione debbano osservarsi in ogn' altro caso di concorrenza tra l' uno, e l' altro Tribunale* (112) quare non indigeret Causa hæc nostra ulteriore probationum munimine, postquam Archiepiscopo juridictionem in suos ministros, etiam in Diœcesi Faventina firmavit Signatura Justitiæ, supremumque Romani Pontificis Oraculum. Præterimus etiam percunctari, an cum Metropolitano suo, dum is contra Barbettum Ministrum Mensæ Archiepiscopalis Judicium instituerет, Curia Ecclesiastica Faventiæ, adhibuerit *tutti que' maggiori riguardi di convenienze, che sono dovuti a Monsignor Arcivescovo*; vel potius Notario, & Curiæ Archiepiscopali processum efformantibus excomunicationem, carcerem, aliasque pænas sit minitatus?

(111) *Novo Sum. n. 22.*

A Summo Pontifice implorat Eminentis. Legatus facultatem procedendi contra Barbettum. Obtinet eam declaratione tamen Archiepiscopo, non Faven. Episc. favorabili.

(112) *Novo Sum.*

Moderatio Archiepiscoporum in hac exercenda jurisdictione.

LXV. Porrò moderationis Archiepiscoporum in casibus similium Judiciorum, non exiguum specimen innuimus Emis Patribus paulo superius; ubi de Epitome Actorum jurisdictionalium locuti sumus. Narravimus enim consuevisse Archiepiscopos delegare Ordinariis Locorum Causas suorum, Officialium, prout non solum in Epilogo Actorum per uni-

ver-

versam Provinciam *num. XXXII.* descripto, centies inveniri potest, sed etiam in ipsa synopsi actorum Faventinorum pluries legitur; ibi enim Vicarius Balneicaballi ex commissione Archiepiscopi cognovit causam Venditoris Aquævitis nostræ Mensæ; Vicarius Generalis Faventiæ impetravit ab Archiepiscopo facultatem mancipandi Carceribus alium ex ejus Officialibus. *Lomellinus* moderni Episcopi meritissimus Antecessor, juxta Archiepiscopi monita procedit in alterum; *Lomellinus* enim *bonori* tribuebat Clericis suis Archiepiscopale in sua Diœcesi ministerium. Id tandem verissimum est, quotiescumque Locorum Ordinarii querelas detulerunt Archiepiscopis contra nostros Officiales, aut illos statim ab ipsis Archiepiscopis punitos iri, aut illos Tribunali Ordinariorum ab Archiepiscopis permissos. Legant rigidi isti Accusatores utrumque Epilogum, tàm Actorum in universa Provincia, quàm actorum in Diœcesi Faventina, ac videant, quomodo cum Ariminensi, Cæsenatensi, Imolensi, Comaclensi, Cerviensi se egerint in hisce casibus Archepiscopi, videant quomodo cum Faventinis, ac tandem aliquando contrà veritatem, contra Archiepiscoporum moderationem declamare cessent, illosque in invidiam adducere.

LXVI. Dicent fortasse, ipsum etiam modernum Faventiæ Præsulem superioribus Annis Archiepiscopo nostro querelas detulisse contra quorumdam ejus Officialium perditos mores; cumque iis consultum ab Archiepiscopo non viderit, ad Sacram Congregationem confugisse. Nobis vero nauseam movet ejusmodi effugium, qui Epistolas Illustrissimi Cantonii ad Archiepiscopum super eo argumento scriptas jamdiu Eminentissimorum PP. oculis subjectas vidimus; in illis enim neque Officialium nomina, neque reatus, neque loca, neque alia inditia deferuntur. Nomina, reatus, loca, & inditia interrogavit quidem respondens Faventino Præsuli, Archiepiscopus, paratum se præferens opportunæ Officialium emendationi; sed id non solum non obtinuit, quinimo pro omni replicatione sentiit, se in Eminentissimorum PP. Tribunali durissimè accusatum.

Modernus Episcopus queritur apud Archiepiscopum contra mores Ministrorum quorumd. Eccel. Rav. sine nomine Ministrorum, sine inditiis reatus, nec indicatione Locorum Epistola Reveréndiss. Episcopi datur in Sum. ejusd. 1. & 2. propos.

LXVII. Ajunt, solertissimos Faventiæ Episcopos, & præsertim *Anno 1716. ubi primum vel solam Notarii Designationem rescivere, statim, nullaque interposita mora reclamare cæpisse, & controversias intentasse.* Heus boni, itane coram sacro, venerabilique Patrum cætus fabulas canitis? Quomodo, quibus actibus, quo in Tribunali, coram quibus

Nullus Favent. Episcopus, neque anno 1716. reclamavit unquam contra Notarios Appellationum, aut alterum ex Ministris Archiepisc.

quibus Judicibus *ſtatim*, *nulla interpoſita mora*, *vel Anno* 1716; vel altero quocumque reclamare cæperunt, aut controverſias intentarunt ſolertiſſimi Faventini Epiſcopi contra Notarios appellationum, vel alium ex Miniſtris Archiepiſcopalibus? Quis mehercle fuit ſolertiſſimus iſtæ Faventiæ Epiſcopus? Imo quis per tot ſæcula ſolertiſſimis illis Epiſcopis ob tot actus, tot judicia, tot executiones penè ſub eorum oculis conſumatas reclamavit unquam? *Lomellinus* reclamavit nè, & ſciens, videns, noſcens Notarios noſtros appellationum, dubitavit ne unquam de illorum prærogativis? de eorum deputatione querelas inſtituit ne unquam? Videantur quę ipſe ſcripſit Farſetto Archiepiſcopo anno 1735. ſuper Notario Appellationum in Caſtro Fuſignani. (113) Nempe reſervatum erat ſoli moderno, licet omni ſcientię, pietatis, aliarumq; virtutum genere ornatiſſimo Epiſcopo Sacra Matris ſuę jura per tot ſęcula adhuc integra, & intemerata impugnare.

(113) *Nov. ſum. n.6. in Epiſ. actor. lit. K.*

Modernus Archiepiſcopus nunquam manum appoſuit cauſis primę inſtantiæ in Diœceſi Favent. quæ ſuorum Hominum non eſſent.

LXVIII. Supereſt altera accuſatio de violata Faventini Epiſcopi juriſdictione in cauſis primæ Inſtantiæ, quæ Archiepiſcopales Miniſtros non ſpectabant. Id autem adeo calumnioſum eſt, quam quod maxime; Verum cum agatur de controverſia ad præſens Argumentum nihil omninò pertinente, ac ne Eminentiſſimis Patribus longiori tędio ſit Oratio hæc noſtra, omittimus contra hanc injurioſam accuſationem prolixius diſputare. Eam ſatis ſuperque diluunt plura Documenta jurata, atque authentica, quæ Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Sacræ Congregationis Secretario, una cum aliis ſuperius memoratis, ultro commendata ſunt, ex quibus contraria Atteſtatio *numero unico ſuperioris Faventini Summarii relata* apertiſſimè refellitur.

LXIX. Interea ſarcinulas noſtras hic demum colligentes, Eminentiſſimos, ac Sapientiſsimos Patres obſequentiſsime deprecamur, ut ſi ad evidentiam uſque probatum illis videbitur, quemadmodum ſperamus, vetuſtiſsimum Ravennatis Eccleſiæ jus, Notarios, & Miniſtros per univerſam Provinciam conſtituendi, eorumque, & Emphiteotarum, Colonorum, Servorum, atque Hominum illi addictorum Cauſas quaſcumque, & ubicumque, etiamſi in Faventina Diœceſi degant, cognoſcendi, ac decidendi, probatum, inquam, tot ſæculorum praxi, tot Pontificum, atque Imperatorum ſanctionibus, tot ſupremorum Urbis Tribunalium Decretis, tot per plura ſæcula continuatis actibus juriſdictionalibus publice, & palam exercitis, ſcientibus, patientibus, & aſſen-

ſentientibus Ordinariis omnibus, tàm Sæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, non exceptis Faventinis Epiſcopis; ideo celeberrimæ Eccleſiæ, Sedis Apoſtolicæ filiæ Primogenitæ, iſtud jus, illius certè proprium, ac peculiare, ſartum tectum ſervare, atque auctoritate ſua munire, humaniſsimè dignentur.

F I N I S.